



Digitized by the Internet Archive
in 2012 with funding from
Research Library, The Getty Research Institute

<http://www.archive.org/details/homopoliticushoc00rapp>

HOMO
POLITICUS,
HOC EST:
CONSILIARIUS NOVUS, OFFICIA-
RIUS ET AULICUS,
secundum hodiernam Praxin.

A V C T O R E
PACIFICO à LAPIDE.

(= Christoph Rapp)



COSMOPOLI.

M. D C. LXV.

OMONI
PUDICITIA

BY THE

ADMIRABLE PRACTITIONER

DR. JAMES H. DODD,


OF NEW YORK CITY,

AND LONDON.

A MEDICAL ODDITY.

BY DR. JAMES H. DODD,

NEW YORK.



HOMO POLITICVS,

Hoc est :

CONSILIARIUS NOVUS, OFFICIA-
RIUS ET AULICUS,

secundum hodiernam Praxin.

Per hunc sicut etiam etiam
Lurimisunt Authores, qui Hominem Politicū
hujus seculi variis informant Præceptis,
quorum tamen pauci pro temporum
& ingenii ratione aliquid præstiterunt, ve-
rūm qui perfectum formarint formentque,
præsertim ad singulas Respubl. meo iudicio
adhuc nullus extitit. Proinde operæ pretium existimavi,
partim ex meo ingenio inventa, aliorum moribus actioni-
busque probata, partim ex Jesuitarum placitis, moribus,
Consiliis, & denique ex Veterum & nostri seculi Exemplis
hausta Præcepta, quā poterit fieri brevitate & Compendio
in chartam coniicere, unde conspici possit, quibus mediis
hodie Politici ad honorum & dignitatis culmen ascendant,
& ad divitiarum ingentes thesauros, Rēgum denique &
Principum gratiam aspireat.

Principio naturæ quisque suæ, virium & ingenii facul-
tates novisse debet, & probè expendere, ad quæ quis aptus
sit vel ineptus, & naturæ semina sequenda potius, quā mil-
lis adversando frustra opera & ætas insumenda. Si tamen
non prorsus stupidi sis ingenii, eligas Præceptores & Mo-
deratores conformandis moribus hujus seculi & informan-
do animo aptos, fidos & diligentes, illis te, tua studia, vi-

tamque totam credas, illos sc̄eteris, mores æmuleris, inq; omnibus te accommodes: inde fiet ut plus tibi credant, plus diligentia in te conferant, sibique si non parcs æmulostamen formare conentur. Illi sunt hoc tempore Lojoliticæ Societatis Religiōsi, qui, dici non potest, quâ arte, quâ industria in omni doctrinâ & ad præsentis temporis rationem mores formare possint: neque te Religio avocet; persuasio quædam est, & superstitionis Pictas, imo pura puta deceptio, quæ homini Politico, si finem suum assequi vult, non magni æstimanda; neque certè (quod principio notandum) uni Religioni se mancipare ita convenit, ut ei adhæreas tenaciter, sed ut in omnibus eam simulare dissimulareq; (sic ut temporis & loci necessitas ex tua utilitate voluerit) semper discas: Omnes siquidem Religiones à pura mente profectæ, intentionemque & conatum colendi Dei habentes, ei gratæ sunt, ac per omnes illas salus æterna speranda: prout hoc libertinorum axioma quidam magni nominis Princeps piè defendit. Eorum Lojolitarum itaque dictum in moribus & artibus sequere.

Ad annos discretionis perveniens, elige, quid ingenio congruum, quid proposito studio sit conveniens; & tum initium à Politicorum Præceptorum libris sumendum, in primis Machiavelli famosissimi illius Politici Itali Princeps, ut & reliqua ejus scripta iterum iterumque perlegenda, qui Consilia Politico & Consiliario Principis necessaria inter omnes Politicos optimè suggerit; ut ab incunte ætate semper singularia præ reliquis discas, quod in aliis non item inveneriatur; idque in sermone, gestibus, arte, nempe ut linguam formes promptissimam, inque omnibus expeditissimam, ut vocis gravitati adsuescas, idque si à natura non datum, Demosthenis celeberrimi Græciæ Oratoris exemplo corri-

corrigas, ut alios imiteris: Verum enim est illud vetus verbum, Lupum quidem auribus haud teneri posse, populum autem inde maximè duci oportere; & præclare quidam ait: *Fr. de nemo magnam Potentiam sine Eloquentia est assicutus.* *Mausebaer. Le-*
Neque pudeat affectare doctiores, donec in mores proprios *gat. 1.1.*
abeas, qui cum gravitate juncti, humanitatis quandam spe- *diss. 25.*
ciem simulatam pra se ferant, ore quidem & vultu, ut sub-
ridens quasi intuearis & alloquaris omnes, ut gestibus & a-
liis illis serio velle videaris. *Aleibiadēm historiæ tradunt Aelian.*
Tanta fuisse animi facilitate, ut diversis contrariisque moris & Plu-
bis facile consueret, & veltuti Polypus ad subjecti soli *Arch. in*
speciem faciem coloremque mutaret; adeo, ut secundum *vit. Alz-*
diversos populos, ad quos divertebatur, varieret & mores, *cib.*
planejta, ut illie natūs educatusque videretur. Nam cum
in Lacedæmonia versaretur, gravis & severus esse videba-
*tur, manuque strenuus, in Ioniâ autem iners, delicatus ac
mollis voluptatibus pro more gentis diffinebat: sed cum
hæc sint omnia vulgata, plura non addo.*

In hoc verò cardo rei consistit, ut artem excolas: razo-
rissimi enim sunt, qui nullis imbuti litteris ac artibus natu-
ræ tantum ductu ad culmen honoris adspirare potuerint.
Unicum in Galliis exemplum in Henrico Mommorancio *B. Græ-*
Connestabili & in Septimaniâ Prorege annotavit insignis mond.
nostri seculi Historicus: At nec omitti debet, inquit, non *hist. Gall.*
modo Mommorancium nescivisse literas, sed ne prima *l. i. p. m.*
quidem Elementa: ut portento haud absimile videri possit, *s. i. add.*
vitum litterarum penitus rudem, solo naturæ genio sum- *10. de-*
muni rerum apicem assequutum, quem ambiguis temporali- *Busier.*
*bus tenuit, tanta laude, ut Aulicorum ætatis suæ Princeps *hist. Fr.**
fuerit, seu natales, seu fortunam attendas; auf dotes animi. l. 23. p.
Hæc ille, Iccirco primò quidem omnigenam tibi scienti. 493.

am artium quarumvis, si non exquisitam & distinctam, tam
men talem qualem & confusam compares, ut de omni sci-
bili differere possis. Si vero ingenii viam præcludit stupi-
ditas, medicamentis corrigerem nec pudeat, nec religio tibi
sit ad artes confugere alias, puta Memorativam, Lullisti-
cam, Cabalisticam minorem & maiorem, Magiam, Doctri-
nam spirituum & conjurationum arcana, & similes, qua-
rum beneficio, si fidos presertim Praeceptores, quales sunt
ignei Ignatii Hispani socii ac discipuli, nactus fueris, qual-
vis non saltem artes comprehendere perfecte, sed ad ab-
strusiora naturæ arcana consiliorum, prævisos rerum even-
tus perenire poteris; imo hoc inde habebis beneficium, ut
quod natura tibi denegavit prorsus, haec artes suppleant, ut
nec ingenio, nec arte, nec quidquid inter homines magnum
& singulare habetur, te quisquam major sit futurus.

Hicce artibus instructo summâ curâ videndum, qui mo-
res nostro Politico convenient ad hæc tempora. Continen-
tem habeas linguam, nihil effutias temerè, secundum illud,

Io. à Cho. Negesculatim loquere, aut caput manusque jacta ni-
kier The mis, haec optimè dicta degeneruant. Sed nec sic, quasi cum
faur. Pol. quo alio levjs loquare, species aliquorum; tua frons sit apta
Aphor. fronti, sed utrumque modesti dabis, alterna reponens.

part. 2. l. Neque quicquid in bucçam venit, garrula lingua pro-
3. disc. 32. dat; tacuisse enim neminem pœniuit, dixisse permultos.

Pythagoræ insiste vestigiis, cui maximè probatum fuit si-
lentium, & eorum quæ dicere nihil attineret taciturnitas.

Neque verbum ullum à te tenerariò excidat, quod non vel
aliis placere, vel tibi commodo esse poterit. Nec tu tam
veri tenax sis, ut non fingere sanquam arançam artificiose,
quod ad tuam faciat utilitatem & institutum tempestivè di-

Silbon en scas: hoc optime perpendens Gallus quidam scripsit; *Le*
Ministre

d'Estat l. 2. part. 1. disc. 14.

fonde

fondement de cette opinion est, qu'encore que le mensonge soit
défendu, & que ce soit une chose indigne de l'homme, & une
vilaine perspective en sa conduite, que le de hors contradise son
intérieur que la langue démente le cœur, & qu'en Parole tra-
hisse la pensée, dont elle est l'image & le Caractère ; siest ce que
personne n'est obligé de manifester toujours les sentimens. D'
est aller tout ce qu'il a dans l'ame : de faire du premier venu son
Confesseur & son juge ; & il est certain que Dieu nous a aussi
bien recommandé le silence pour tair le Veritez dangereuses,
qu'il nous a donné le parler pour publier les nécessaires. Ac si Ex Plat.
juxta mentem Platonis crebro mendacio & fraude impe- l. s. de
rantes uti oportet ad commodum subditorum, cur non & Leg. Arn
quæ Polificus noster in commodum suum privatum? Alio Clapm.
rum etiam dicta & facta ne facile prodas, nisi quando no- de Arcan
cere poteris illis, vel prôdesse, qui mutant tibi officio paria Rerump.
facere possint. Et cum' opinionē homines citius quam ve- l. 2. c. 6.
ro moveantur, ita flores formandi, ut tibi prosint, aliis fint
accepti. Non aliter autem prôdesse possunt, nisi cum' sen-
tentia tua & vera Consilia credis nemini; sed simulare
dissimulareque mature discas. Hanc quippe virtutem sibi
familiarem reddere noster Politicus enixissime laboret, si
enim ea in privatis contractibus locum habet, uti JCtus ait, l. 1. Dide
posse sine Dolo malo aliquid agi aliud similari, quanto ma- Dolo Ma-
gis in Politicis? Hinc perbellè Romanæ eloquentiæ Parens: lo.
Ut ad effectum, ait, Consiliorum suorum veniant, multa Cic. l. 10.
oportet simulent inviti, dissimulentque cum dolore. Legi- Ep. 9.
mus Tiberium, ut iram, simulationem secretasque libidi- Tacit.
nes meditari, iisque se adsuefacere posset, Rhodium in exi- an. 1. 4. 4.
lium discessisse ; ita tu discede in animum tuum affectusque
tuos omnes colibere, falsa simulare, libidinemque occul-
tare disce. Nihil tam nocet Homini Politico nocuitque,
quam

quam apertus animus, lingua veri prodiga, Consiliorumq;
V.al. Max detectrix; Cum enim taciturnitas tutissimum rerum admi-
l. 2. c. 2. nistrandarum vinculum dicatur, & recte Curtius sentiat,
Q.Curt. neminem res graves sustinere possit, cui tacere grave. Inde
l. 4. c. 49. si non alterius solùm tui commodi causâ taciturnitatis lau-
dem habeas. Bene Poëta;

Eximia est virtus, præstare silentia rebus:

At contra gravis est culpa, tacenda loqui.

Et alius quidam scitè dixit, quanquam non in omnibus ad
Ex Ana- nostrum scopum;

Xandro *Comissa, cui sunt verba, ceu depositum,*

Comico *Si retegit, est iniquus, aut est garrulus.*

Chokier. *Si spe lucri, est iniquus: hac sine garrulus,*

Th. Pol. *Cenfendus autem uterque pariter improbus.*

Aphor. *Magis necessaria sæpius est scientia facendi, quam loquen-*

p. 1. l. 3. *di: hucque possunt accommodari, quæ subtilis ille Italus de-*

c. 15. *Secretariis Principum prodidit; Ego, ait, edoctus sum, nul-*

lum Secretarium (Politicum , Aulicum , Consiliarium) se-

Tr. Boc- *cus acalii existimant, esse laudandum, qui lingua promptus*

cal. Par- *est, sed qui bene tacere novit. Itaque caveas ne varias res*

nas. Ragg *crebro scisciteris ab aliis, tuum commodum præsertim nil*

38. c. 1. *attinentes: hinc enim suspicio garrulitatis apud Prudentes*

oritur, secundum illud, Percontatorem fugito: nam gar-

rulus idem est, in omnibus quippe auram, cuiusvis frugi Po-

liticus captare debet. Non vero taciturnitati studeas, ut a-

liis potius quam tibi prosis, sed ut tibi nec noceas. Itaque si

quid prolatum velis, unde emolumentum venari possis, ar-

te id per alios arcanorum aucupes vel quocunque modo fa-

cias: ex eo hoc commodi habebis, ut animum eorum, qui

buscum necessario conversandum, aucuperis.

Cavendum certe à Conversatione multorum, ut & à

fami-

familiaritate nimia parium præsertim & inferiorum, à quibus tibi nil commodi (cujus Homo Politicus studiosissimus esse debet) præter contemptum & diversorum sinistra judicia provenire possit. Insignis hac in parte artifex fuit Dux ille Gallus Espernonius, qui raro sui copiam faciebat vita^do ex familiaritate contemptui : celabat se in ostentationem, quò maior audiret. Prudentis est oblivisci ne queno visse, cuius nihil facienda gratia, inquit Comicus, ita de te nemo unquam iudicare poterit, & tu potius aliorum, quām alii tuum, explorabis animum : quia verò veris animis tuus ne ut quām alteri est detegendus, tu quidem Alexandrum VI. Pontificem mature imiteris, qui annos 36. Cardinalis multorum Pontificum mores observans, callidè in suum usum longā experienciā contulit. Ut porrò speciosè iurare discas, quò alios fallendo, tu tamen omnium amorem & cōmodum habeas (iusiurandum enim non perdendis sed servandis rebus natum est) quod tamen caveas ne fiat, nisi necessitate efflagitante. Lyſandri hominis versuti dictum fuit ; pueros tesseris, viros iuramentis decipi debere. Apagē tenellam planè conscientiam Ferdinandi II. Arragoniæ Regis, qui nihil unquam quidquam tam detestabatur, quām periurium, quām fallaciam, ut crebris sermonibus iactaret, malle se mori quam foedari. Imitandos tibi propone Parthos, apud quos fides dictis promissisque nulla, nisi quatenus expedit ; ac præfatum Alexandrum VI. de quo fertur, quod nihil minus præstiterit quām iusiurandum & tamen doli cesserint ei feliciter. Verba magni Machiavelli latinitate donata non pigeat adscribere : Is, (Alexander VI.) inquit, nihil quām mortalium impostorem egit, nihil quām ad omnem malitiam & fraudem (quo hominum genus faliceret) mentem suam exercuit. At qui reperit subiectam

B. Gra-
mond.
hif. Gale
l. 3. p. m.
226.

Plut. in
Lacon.
AEn.
Sylv.
Iustini.
l. 4.

Machia-
vel. Pr.
c. 18.

quam tractaret materiam, in asseverando autem qui magis fuerit efficax, aut qui speciosius iuravit iuslurandum; vicissimque qui minus præstiterit, nemo unquam fuit: nihil feciis dolii nunquam non commodè ei cesserunt. Hanc enim fallendi artem probè callebat. Hæc Politicus. Hoc tamen facias apud inferiores, si extrema necessitas factia liciens minus honesti, utilis tamen tibi, tui excusationem exposcatur, apud eos præsertim, qui vel iudices vel arbitri sint futuri (sapè enim in vita Politica s. Civili malitiosi nobis alii quid præter spem molestiæ afferunt:) apud superiores autem, ut fidem merearis, gratiam & clementiam consequaris, & omnem perfidiæ suspicionem amoveas ac te eâ eximas. In rebus dubiis, contra delatores rarius de criminis accusiūs iudices, quod levitatis notam habet. In omnibus autem actionibus honoris & dignitati tuae servientibus ut fallas alios fallaris à nemine, diligenter attendendum: falsis autem alios, si perspectis aliorum ingeniis, moribus, arte, & conversatione, nullis neque in privatis Colloquiis, neque publicis consiliis, qui tibi nocere, quique prodeesse possunt, contradicas, laudes omnes, omnibus subscribas, atque in omnibus te ingenio aliorum accommodes, probeque observes hoc Distichon:

*Qui fidus nullis, affabilis omnibus, omnes
Decipit, hunc primo suscipit Anla loco:*

Hinc enim fit, ut animum suum tibi credant, arcana aperiant, inque secretiora Consiliorum suorum te admittant, ex quibus deinceps, quid in rem tuam sit, remotis arbitris facilè elicere potes. Si tamen aliquid agendum, quod alios offendere potest, sive in publicis, sive in privatis, illud non ipse sed per alios facias; itaque semper tibi habeas homines imprudentes, ambitiosos, nec raro seditiosos, temerarios, delata-

delatores, calumniatores, exēmplo duorum apud Regem Angliæ Henricum VII. Ministrorum Empsonii & Dudley, Fr. Ba-
quorum copia facile datur, illorum operā clām ita utaris, *con. hif.*
ut magis, si quicquam actum, illorum temeritati, quā m̄ tuæ Henric,
calliditati adscribant, & præsertim si ita clanculum mode- *VII.*
ratus fueris tuas actiones, utcui tu adverseris dubia submi-
nistrare possis consilia eademque habeas, quæ tuis Adminis-
tris suggeras, ut si in adversum ceciderint, tuo arbitrio ea
interpretari possis. Ne fallaris, animum & consilia, uti di-
xi, tibi serues integræ, inque dictis & factis, antequam ali-
quid aggrediaris, omnes circumstantias probè excutias, fi-
nem mature proponas, non gladiatorum more consilium
in arena captes; nam iuxta Lucianum,

Tardum Consilium longè præstantius,

Præceps autem semper habet comitem pœnitentiam.

Sed prudentes imiteris, qui non modo quæ ante pedes sunt,
cernunt, sed & futura prospiciunt; uno verbo; quibus cati-
ta consilia potius cum ratione, quam prospera ex casu plâ-
cent, ut cum Tacito loquar. Cave eum Ludovico XI. Gal- *Tac. hif.*
lorum Regé, fortunæ quicquam tuarum actionum cōm *2. 25. 3.*
mittas, sed vel astu, vel simulatione, vel aliâ quâvis arte *Ph. Co.*
prudens possis evadere & finem tuum assequi: siveque soli *min. l. 4.*
tibi rem agis cautè, nisi sis planè stupidus; res ipsa suggesteret *c. 1. de*
modum & rationes alios fallendi, gloriam, honorem, com. *Reb. gest.*
modum, cum aurâ populari assequendi, paritque hæc res *Lud. XI.*
admirationem, si quod aliis ignotum, tu prospicere & præ-
dicere possis.

Ut autem mores tui aliis sint accepti, etiam atq; etiam
videas, ut te superioribus sermone, gestibus accommodes,
omnia simulando dissimulando ad captum, ne tu adulatio-
nis aut assentationis suspicionem incurras, præsertim apud

Principes: id enim ut contemptum apud pares, ita non raro odium cuius Principis conciliat, ne facilè (ut ut Assentatores in Aulis locum præcipuum obtinent) eventum rerum tuarum minimè felicem experiaris. Ideò vellem, ut quām diligentissimè ponderares consideraresque Præmium à Ca-

Dion in io Caligula Cæsarē Adulatoribus & Aulicis datum hoc mos

vit. C. do; quum Publius Afranius Potitus homo plebeius, stulta

Calig. quadam assentatione non modò volens, sed etiam adhibito iureiurando promisisset, si (ægrotus) Caius convalesceret, se libenter moriturum: Quumque Afranius Secundus, vir Equestris Ordinis, dixisset se velle obeandem causam in singulare certamen descendere, ambos pro pecunia quam se speraverant accepturos, quod vitam pro Caio profundere voluissent, coegit (Cæsar) promissa facere, ne peierarent. Severa castigatio! Ergo adulationem ceu pestem fuge.

Cumque hodiè nulli sint in Aulis Principum acceptiores, nulli feliores parasitis; quibus plurima Principes largiantur, ii vero, quibus onus gubernationis incumbit, vix admittantur, raroque remunerationem laborum accipient, cum tamen virtutum præmia tribui merentibus conveniat, ne tamen dedecus pro gloria præmium Assentatorum habetas, cautè Principi assentiaris, ne videaris esse ex eorum numero, qui tam noctu quām interdiu permulcent aures suis Principibus, nec tantum applaudunt dictis eorum singulis, sed & prolixe eos ornant laudibus, quos tamen exercentur taciti, quantumvis fausta ominando propalam, ut Philo adulatores assentatoresque aulicos depingit.

*Philo li.
br. de Migrat. Non perpetuò Principem tanquam unibram secteris,
Abrah. neque prorsus conversationem eius fugias, sed cum ipso tanquam cum igne age, à quo non adeò abes, utilius calore soveri non possis; ne sic illi appropinques ut illius incendio*

dio ipse conflagres. Verum probè observes si quando curis vacuus Princeps ad lætitiam solvit, tūm autem seria (non molesta) afferens, animo ejus facetiis singularibus (nontamen scurrilibus, vel sordidis, aut asperis, quæ acrem memoriam relinquunt) cum gravitate quadam indulgeas. *Tac. an. 15. 68. 4.*

Itaque non minus facetiarum, historiarum, quām sapientum consiliorum copia pro temporum diversitate institutum oportet esse politicum. Pocula etiam, si quando necessitas efflagitet, non detrectes, more nostri seculi laudabiliter fere ubique recepto: imo aliquamdiu Principem largius invites, tum præsertim, quando aliquid commodi sperras quod Lojoliticæ Societati solenne medium & arcanum status, hamusque ditandorum Collegiorum hæc tenus fuit) sicque assentationis vitium declinans optimè cum Principe conversaberis. Vulgaris Politica præcipit, ut Princeps Ministerorum suorum ingenia noscat, secundum illud:

Principis est virtus maxima nosse suos;

Sed tu cave animum tuum explore, versatus sis atque versatilis, cautè tamen in quamvis partem tanquam rota figuralis, vafer & involutus, addo ac astutus, ut tu potius ejus conversatione probè agnoscas ingenium, antequam audacter cum eo converseris; vide sis ut tam peritus fias in ingenio & moribus Principis, quam in ejus negotiis. De reliquis cum aliis ita vivas, ut summa humanitas in vultu, verbis, gestibus appareat, omnibus te promptum & paratum offeras, studiis, servitiis, ut ante dictum & sâpe dicendum.

Cum autem homines studiosi sint plerumque proprii commodi, neque necesse est, ut adjuves omnes, in contemptum enim facile incurtere potes, si quid denegandum, vel promissum non præstandum: itaque cave ne in promissis tuis more Gallo-Germanorum ita sis prodigus aut largus *Tac. hist. 3. 58. 5.*

& immodicus, ut facultas factum præcludat (quod levitas suspicionem adferens odii causa sæpe existit:) sed ita modereris affectum benevolum, ut de te magis expectent futura quam petant præsentia. Propone hac in parte tibi imi-

Corn. tandem Atticum, de quo sic Author: Quicquid rogabatur,
Nep. in religiosè promittebat; quod non liberale sed leve arbitra-
Attic. batur, polliceri quod præstari non posset. Rerum Gallica-
rum habendas moderans Luynæus apprimè hoc in passu me-
um instruere potest Politicum: hic enim nascente fortunâ

B. Gra. Comiti Ludæo, Duci Aurelianensis informationi admoto,
mond. viro prosapia illustri sæpè promiserat (si aliquando rerum
hist. Gall potiretur) procuraturum se res Comitis, effectuarumque in
l. 3. p. Ducatum erigeretur Comitatus Ludensis: At enim nihil
234. promissis concessum: negatur Comiti Ducem esse fortassis
Luynæus non è re sua esse prævidit, si promissa impleret.
Insta, mi Politice, & sequere.

Moribus formatis videndum tibi est, qualem vitæ ve-
lis eligere conditionem & in quo loco: Quum enim vita
nostra, maximè politica, non consistat in speculatione, sed
actum requirat, stolidæ faciunt, qui ætatem in vita domesti-
ca agunt. Proinde tanquam meta vitæ conditio proponen-
da, non minus qualis illa sit, quam quo loco incunda: quæ
facilè eligi potest ex naturæ inclinatione & loci occasione
in quo vixturus sis. Ex singulis deinde Præceptis Politicis
(Doctrina enim Politica ut est amplissima omnium genti-
um, ita singularium diversissima: ut stolidum sit omnium
Rerum publ. perscrutari formam Politicam) ea eligere de-
bes quæ necessaria sunt ad tuam conditionem & Reipubl.
statum ubi vitam acturus sis, cuius omnes articulos perscu-
tari, & tanquam tuos digitos tibi reddere familiares fatigas.
Consilia, facta, rerum eventus; & talia, non quæ sunt in u-
tilita.

tilitatem publicam facientia, (id enim quilibet facit, qui se
& suos negligit) sed tuis commodiis & fortunis præcipue
servientia observabis, ut ea in praxin deducere possis : neq;
quibus hæc fieri possint rationibus cures, modò aliquam
honesti speciem præse ferant, nec multum labores, si in eo-
rum vitiorum infamiam incurras, sine quibus scopum tu-
um non facilè assequi possis, ut de Principibus ait Machia-
vellus. Cumque nulla sit fueritque Respubl. quæ non viros Arc. Re-
habuerit, vel authoritate præclaros, vel divitiis abundan- rump. c.
tes, & uno vel utroque nomine Principibus acceptos, hos, i. n. 4,
tibi ad imitandum proponas, ex illorum factis & consiliis,
quid in rem tuam sit, promas, neque id præcipue astimes,
quid laudis apud vulgum obtinuerint, sed quid divitarum
& potentiarum reliquerint, quò consilia sua direxerint, quem
vitæ actionumque finem & scopum habuerint, ut mature
in omnibus quæ prosunt imitari, quæ noceant fugere & de-
clinare discas. Deliberandum pòrro tibi, an serviendo vi-
tam transigere, an aliquando alios tibi servituros ; hoc est,
an itatum quò victurus sis conservare vel mutare, & Regi-
minis partem vendicare cupias ; in utroque modum mon-
strabo.

Loco ubi officium tuum elocare velis, prima cura ani-
mum subeat, ut te illi adjungas cui succedere velis, si sit a-
pud Principem in gratia & authoritate populi : sin autem
nec gratiâ nec authoritate valet, illum qui primas tenet, (si
præsertim videoas inter illos occulta esse dissidia, ut alter al-
terum cupiat suppressum) omnibus sc̄pteris studiis, affectus
eius-foveas, moveas, qua possis arte, frigidum suffun-
das, ut altero suppresso succeedere possis. Prior tamen mo-
dus crebrior est(non raro & uterque modus conjungitur,
quod exemplis non longe petitis posset comprobari, nisi o-
diosa

diosa forent) cum semper reperiātur homines docti simplices & pii, qui literatos amant, illis præcipue delectantur, qui literis & moribus præclarí & rationibus præclarè instructi, ad omnia servitia officiosi & templo, & foro se applicare possunt; horum tu observes & mores, & actiones & consilia omnia, ut omnibus ad nutum te accommodare possis, donec favorem occupes, & promotionis spem habeas; ubi meo consilio tibi cuiuslibet conditionis officium nullum detrectandum est; ita tamen ut ad altiora adspiran-
di non præcludatur aditus.

Primum honoris gradum natus, cum officii ratio familaritatem aliorum exposcat, in eâ ita te temperes, ne ailiis ex tuo ore sapere videri velis, neque consilia & votis aliorum semper contradicas, aut aperte te opponas: prius arrogantiam, posterius odium apportare facile poterit: sed omnia consilia votaque repetita laude approbès, secundum illud; ais, ajo; negas, nego; ne omnem auctoritatem crebris contradictionibus (ut loquitur Tacitus) destruas. Si tamen tibi adversentur, in tuum sensum cōnīmoda explicatione flecas, ut tuum subjiciens vldearis habere aliquid reconditæ prudentiæ, quod alii in te desiderent: hinc auctoritatis & gratiæ affectus sequuntur: cum præsertim in conversatione privata humanitatem singularem simules, ab amicitia intima alienus, ac usitato fraternitatis titulo in ore, quem tu cave in animum dimittas: cum non sit Politici, contra suum commodum & honorem alicui præter verba fidum præstare obsequium, aut animi recondita detegere. Quo aliquantum observato, interea observandi tibi potentiorum & primiorum familiarium mutua amicitia & affectus, vel multorum in unum alterumve, cuius tu præser-
tim ambis dignitatem & officium, odia. Id videoas, cui tan-
dem

Tac. Ann.

I4. 4. 2.

dem in ijs quæ tibi tuoque honori inserviunt; abstrusiora credere, & finem quem propositum habes, eorum consilio ac auxilio assequi possis.

Cum autem hominis natura planè sit politica; quæ alij terius ope egeno ex eo vinculum sibi querat, & nanciscatur, neque ulli unquam sit fidendum; itaque etiam atque etiam videoas, ubi affinitatis jure aut matrimonio ad secretiora affectus admittaris, cum omnibus modis laborandum, ut vel filiam vel illius agnatam ducas, cuius familia apud Principem fuerit sitque in gratiâ, sit ampla & potens, qui vel ipsi, vel per alios te non promoveant (id enim est abjecti animi). sed tu conatus eorum juvare videaris: per istiusmodi affinitatem enim multos tibi cognatos amicosque conciliare potes, ut Livius ait de Servio: Hinc ille scitè dixit: Matri monium est ad majora nitenti decus ac robur. Cumq; jam ante tibi fuerit notus in hunc vel illum animus, non quod Tac. A. tu velis tui promovendi, sed ulciscendi illius injuriam gracie. 6. 1. tiâ, hunc remotum, omnia agas, ita tamen ut affectum tuum sartum testum erga illum retinens nihil à pristina humilitate discessisse videaris: si quid controversiarum inter illos ortum, coram si non excusare possis, culpes, deplores, nullius te participem similes, & ita animum explores: si que in suspicione fueris, tum demum locus erit, ut jure iurando exquisitissimo te purges, quo homines commoti ab horreant quicquam mali de te credere, presumere aut suspicari. Non desines autem aliis consilia subministrare occulta, ut illi per suos (quos tu apud eum intimules) te ignorante persecutionis & oppressionis apud Principem semina spargant, odium illius excitent, ut causæ sint removendi & ejiciendi ab officio: ne verò suspicio apud alios, qui multum præstare possint, oriatur, unde periculi quicquam me-

tuendum, non modo juramento privato te purges, inscio-

Vid. io. l. te omnia esse facta, verum & officium detrectes, cum Tibe-
57. *Tac. rio*, qui, cum occulte Matris artibus & paucorum consiliis
An. 1. 13. 5. imperium ambiret, ita moderatus est omnia, ut oblatum
magis respuere, quam desideratum acceptare videretur.

Quod si minus tutum videtur, hoc age, ut vel dejiciatur si

B. Gra- possibile est: prout Luynaeus æmuli sui Arnousii Jesuitæ
mond. H. (quem Regis Gallie Ludovici XIII. conscientia nuper ad-
G. l. 11. p. moyerat) affectati in Aula rerum imperii suspecti, secessum
516. procurasse scribitur; vel cum gratia tanquam emeritus di-
mittatur; vel quidem in officio conservetur te tamen ad-
junctor; vel idem ad alia promoveatur, ut Tiberius Germa-

Tac. ann. nicum ad alia ac alia officia promovisse legitur. Inde *Histo-*
2. *s. 1.* ricusait: Tiberius specie componendi Orientis Germania

Tac. an. cum dolo simul & casibus objectare destinavit. *Otho. spe-*
13. *46. s.* cie legationis in Lusitaniam seponebatur; *Mucianus in Se-*

Tac. hist. cretum Asia repositus est. Hoc modo Theodorus Styppio:
1. *10. 2.* ta Consiliarius Manuelis Comneni Imperatoris Constanti-
Nicet. nopolitani rem aggressus, solus in gubernatione Imperii a-

Choniat. pud Cæsarem omnia administravit: nam Collega Johanni
in vit. Hagio- Theodoritæ ejusdem Cæsaris Consiliario solers ad-

Manucl. junctus, iis dignitatibus non contentus ad sumnum fasti-
Comn. T. gium plenis velis ferebatur. Oblata igitur opportunitate

V. Histor dissidiorum inter virum Nobilem Michaelem Palæologum
August. & Josephum Balsamenum, cui Hagio- Theodoritæ Soror

p. 534. nupta erat, consilium suum urget; ac Hagio- Theodoritam

è Regia, tanquam è cœlesti specula, in extremum angulum
Præturæ Græciæ & Peloponnesi exigit, ad provincias eas

rite constituendas, eorumque virorum dissidia dirimenda.
Cæterum Johanne iter adhuc adornante, fortuna discessu

eius non expectato, ad Stypiotam transit; cumque cupi-

de &

de & familiariter amplexa, ad omnes dignitatum gradus pro temporibus evexit, & gloriam gloriâ cuimulavit. Si verò & hoc commode fieri non potest, tu ipse quam diligentissime attende tempus, quo vel propter morbum vel legationem, vel aliud aliquod negotium ab Aula absens est, tum incipe ejus ruinam apud Principem operari nocte dieque, primum insinuatâ diffidentia, exin odio, ut Arbitr^t Rerum Gallicarum Luynæus æmuli sui Mareschalli Ancräi casum quām felicissimè procurasse, ac sibi primarii Ministri munus apud defunctum Regem Ludovicum XIII. f. justum acquisivisse fertur.

Hoc in contrahendo matrimonio inserendum duxi necessarium, ut conjugem ducas tuę naturę, tuisque mōribus, quantum fieri potest (quod tuis artibus, quę raro fallunt, explores) conformem, taciturnam, quam formare tuarum actionum adjutricem (exemplo Mareschalli in Gallia Ancräi, qui per Galigagam uxorem Reginę percharam, familię suę augmentum, primosque in Aula favores sibi acquisivisse traditur) & cui tutò credere ac fidere possis; ne quod Fabio Maximo evenit, garrulitas uxoris secretorum conscientia tibi afferat necem vel periculum saltem: digna est illa historia ut tota adscribatur: Fulvius (Fabius Maximus: erravit enim Historicus in nomine) verò Cæsar is p. 498. Augusti amicus, cum jam senem eum sæpius querentem audit de solitudine suę Domus: quodque duobus Nepotibus fato functis, Posthumo, qui solus reliquus; ex calumniā ad Ann. nescio quā exulante, cogeretur uxoris suę filium ad successionem Imperii vocare, quanquam miserans & consilium p. 11. ex captans revocandi ab exilio Nepotis: cum inquam hæc autem direct Fulvius, enuntiavit suę uxori: illa Livia. Livia autem acerbè cum Cæsare egit, cur, quoniam jam pridem id decrevisset,

visset, non accenseret Nepotem, sed se odio invidiaeque successoris objiceret? Venientem igitur de more mane Fulvium, & solitum illud dicentem Ave, Cæsar resalutavit: Vale, inquit, Fulvi. Atque ille id intellegens domum seilico subduxit, & vocatâ uxore: rescivit, inquit, Cæsar, non siluisse me arcana. Ideo mori mihi decretum est. Uxor autem: jure, ait, quoniam tam diu mecum habitans vivensque nec noveris, nec caveris intemperantiam meæ linguae. Sed præcedam tamen & ego, & accepto gladio, se ipsa viro coram interemit. Ergo tu, ô Politice, magnam adhibe hæc in parte cautionem, ne idem te maneat infortunium: multa enim ad augendas fortunas per uxorem tibi, expedienda sunt, immò plurima, quæ quasi te inscio cum aliis agat: si vero ea cedant in commodum tuum, taciturnitatì ut maximo- perè ea studeat necessè est. Deinde ne affines tuos tuis adjuves opibus, eosque fortunatores reddas tuis fortunis, inde enim lites plerumque oriuntur; unde etiam Politico non raro solent evenire adversitates: sed eos quoquo modo promoteas, & Luynæ Galliæ Regis supremi Ministri mond. H. insistas vestigiis: qui Brantæum & Cadenetum fratres unam secum trahebat, quò fortuna monstrabat iter: si quid im- memor aut sponte prætermiserat, legebant fratres eod' avi- dius, quod utrique erant domi res angustæ & tenues. Ut sic aliunde auctis divitiis te venerentur, te observent, perpe- tuaque gratitudinis argumenta exhibeant: quique te, quando opus, defendere possint: tutissima quippe & utilissima sunt beneficia, quæ quis de alieno suis largitur, fortioreque vinculo obstrictos reddunt gratitudinis. Notes tamen, ô Politice! & hæc diligenter; ne etiam tuis secretissima, quæ per te expediri possint, neque alterius opere indigent, negotia credas: si enim alios adhibueris metuendum tibi semper,

B.Gra.

mond. H. insistas vestigiis: qui Brantæum & Cadenetum fratres unam secum trahebat, quò fortuna monstrabat iter: si quid im- memor aut sponte prætermiserat, legebant fratres eod' avi-

dius.

sic aliunde auctis divitiis te venerentur, te observent, perpe- tuaque gratitudinis argumenta exhibeant: quique te, quando opus, defendere possint: tutissima quippe & utilissima sunt beneficia, quæ quis de alieno suis largitur, fortioreque vinculo obstrictos reddunt gratitudinis. Notes tamen, ô Politice! & hæc diligenter; ne etiam tuis secretissima, quæ per te expediri possint, neque alterius opere indigent, negotia credas: si enim alios adhibueris metuendum tibi semper,

ne;

ne; quando illos fortè offendieris, prodant tua consilia: nulla namque major inimicitia, quam quæ inter consanguineos oritur: quæ quoquo modo avertenda. Sed hoc enixa observari debet, quò majorēm dignitatem & regnientem imperiumque delegatum à Principe sis consecutus.

Major Auctoritas, major apud omnes gratia acquisita, majorem curam callidorum consiliorum exposcunt, ut Principis gratiam, auctoritatem, & amorem populi non conserves modò; verùm subinde augeas. Arduum huc & difficile: eum enim Auctoritas & Gratia sint fluxa ac instabilita, nisi fulcro divitiarum & potentiae nitantur: paupertas enim nihil nisi contemptum parit, ad inferiorum opem non raro nos adigens, ut verissimum illud sit.

Hanc facile emergunt, quorum virtutibus obstat

Res angustæ domi

Hinc optimè egit Phormio, quando repudiavit imperium classium Atheniensium: quod sibi ob paupertatem non sat auctoritatis apud milites fore diceret. Summa ergo requirit necessitas, ut divitiarum curam, auctoritatis & gloriae antevertas: quibus homines maxime & honoris & amoris affectus concipiunt. Hinc bene, nescio quis, ait:

Quantum quisq; suâ nummorum possidet arca,

Tantum habet & fidei.

Expeditum hoc tibi dabo, si prius præcepta quædam dilucidius proposuero.

Dixi simulanda esse omnia, in eoque Tiberium imitandum; qui cum esset ingenio insidiosus, & commodi proprii studiosissimus, semper simulabat, ea se velle quæ nolebat, & contrà his quasi infensus, quibus consultum cupiebat, ijs quos oderat, benevolus quasi apparebat hinc verba eius plerunque obscura, suspensa: nunc perplexa, nunc in

Ex Pan.

Attic. H.

Arnise.

de Repu.

L. 2. c. 2.

No. 73.

Ex Cyp. speciem recusantis composita. Michaelem Calephatem Imperatorem Orientis produnt historiæ fuisse ingenio subdolo, etiam lingua ab animi sententia dissentiente ac discrepante; alia tegere, alia dicere solitum fuisse: De Duce Espernonio Gallo legitur, ei fuisse sublime ingenium, implacita mens & obscura, arcani capax: Iccirco omnibus bennond. H. volus appareas, inferioribus, paribus; in sermone, gestibus, G. l. 3. p. in omnem humanitatis speciem demissus: amicis pariter, 226. ac inimicis. Imò his quām illis majorem quod ad faciem, quod ad verba, quod ad gestus, benevolentia similes, etiam interdum (sed rarissime) quod ad effectum: exemplo Germanici, qui cum Pisonem acerbissimo inimico tanta mansuetudine agebat, ut, cum orta tempestas raperet Pisonem in abrupta possetque interitus inimici ad casum referri, miserit tricemes, quarum subfidio discrimini eximeretur: si præsertim quaqua ratione nocere tibi possunt; inde enim triplex tibi commodum; ut illi inimicum, si quem fovent, affectum deponant; non facilè delatoribus credant; accidine que te hominem Christianum autument; qui & inimicos diligere possis; atque triplici nomine à suspicione liberatum te aliis commendent. Mariam Medicam Reginam Galliæ, Uxorem Henrici IV. artem simulandi dissimulandique optime calluisse historica monumenta tradunt; in Gram. d. tantum, ut omnem à primario Regis Ludovici XIII. Ministro Luynæo sibi illatam injuriā probè dissimularet; si p. 230. quando palam de ipso proloquuta, per honorificè dixit, ut ne quidem tensisse injuriam diceres. Postquam illa aliquando Cosieras venerat, Regis prænuncius Luynæus huc se civitatis equis confert: intromissus in vidiæ detergenda ergo provolvitur in genua; defixusq; in Reginæ vestigia, in modum adorantis, fimbriis tunice in primit oscula. Regina exulta

emula utrinque dissimulatione, lapsum erigere, prensare manum, placideque arridere ut fido & amico. Illi pro veneratione silentium est: dumque palpitanus hæsitat specie timentis, Regina sic infit; Latam se aspectu viri, qui Regi inter intimos est nec defuturam promovendo in gratiam Regis, & si quid adjici possit fortunæ viri, qui se collaturum opem suam promisit conservandæ, quæ in præsens est, filium inter & matrem concordiaæ. Hujus illustris Reginae insiste vestigiis, & salvus eris. Candidatos Consulatus Romæ imiteris; hi petituri consulatum, præterquam quod mul-
 tos sibiconciliare coacti sint amicos, qui Salutatores, De-
 ductores, Sectatores, quævis officia honoris ipsis exhiben-
 do, alios cives in similem affectum amoris & officiorum
 pertraherent; hoc primitum summi curâ & studio attende-
 bant, ut nomina singulorum civium ex Nomenclatore (ita
 cum vocabant qui nomina civium designata Domino suo
 recirabat) discerent, eosque suo nomine salutarent quoti-
 diè, amicumque affectum ut & humanitatem singulis de-
 clararent, unde spem bonam futuræ administrationis &
 officiis apud cives susciperent, eumque suo calculo juvarent:
 ita tu in officio novo omnes salutes, & quantum fieri potest,
 singulorum conditionem & fortunas, illorum præsertim,
 qui te populo recommendationum reddere possunt, noscas;
 ut petitionem illorum prævertens promotionem & auxili-
 um offeras, idque amicis pariter atque inimicis ut dixi, ver-
 bis prolixis, tanta humanitate & benevolentia facias; ut si
 vel non possis vel nolis illos adjutos, facile tamen si non ex-
 cusare valeas (ad quod laborandum) humanitas illa lau-
 dem habeat, ut quod unus in te culpet, si ab alio lauderis,
 humanitas illa culpam diluat, quam in aliis austeritas me-
 reri

Io. Rosin.

Antiq.

Roman.

l. 7. c. 8.

seri videtur. Adjuvandi autem promovendique sunt tibi omnes, unde spes utilitatis aliqua lucet, (Id tibi felici Politico apprimè curandum, ne quicquam facias unde commodum non proveniat) neque attendendum, an mereantur vel non, dum tu merearis aliquid: idque sine periculo & difficultate facere poteris, si tibi soli gubernationis partes demandatae sint. Si vero Collegas minus fidos faventesque habeas, alia ineunda ratio: videndum enim tum summâ curâ cuius sint ingenii. Hoc autem etiam atque etiam agas, ut ad omnia officia, superiora præsertim, homines vel timidi, vel subiecti animi, aut avari, vel indocti, vel denique juvenes, qui per extatam nec judicio pollentes, nec experientiam edocti, inconstans consilium, nec pertinax recte faciendo propositum habent, promoveantur: sic illos metu deterritos, aut spe commodi commotos, istarum rerum experientia fluxos, à tuo nutu dependentes: hos ob authoritatem & prudentiam persuasionem facilis negotio flectere poteris, ut in quām non modo descendant sententiam, sed &

Chr. Be- ad nutum pareant. Id quod probè observavit Nicephorus *sol. hist.* Botoniates Imperator Orientis, qui publicorum negotiorum *Conſt. ex* sum procurationem committebat hominibus linguas barbaras usurpantibus, recte loqui nescientibus, totos dies in *p. 224.* crapula & ebrietate conterentibus: quorum & familiæ & Parentes, avi maximè, serviles erant: tam animo quam

Nicet. in ciatuque difficultia garrientes. Ac Manuel Comnenus ibi vita eius dem Imperator in Oriente, qui eunuchis, cubiculariis, ali-

T. VI. isque ex peregrinis nationibus ortis semibarbāris, qui expediti. Aug. ditius spuebant quām loquebantur, tanquam observantissi-

p. 345. mis & fidelissimis Ministris non modo summos Magistratus tradebat, sed pro Tribunalī juris dicundi Provinciam in

cau-

causis difficilimis, quæ vel peritissimis legum negotiis fā-
cessent, assignabat. Cum aliqua Provincia describenda
erat, istiusmodi cœtus eruditis proponebatur. Et Constan-
tinus Leonis filius, Imperator Orientis, in conferendis Ma-
gistratibus, non dignos præturis aliisque munieribus præfi-
ciebat: sed minus bonos ac potius improbos. Idem obser-
vavit Constantinus Monomachus Imperator: hic enim di-
gnitates promiscue in indignos contulit. Hac via felicissi-
mè incessit sæpius dictus Luynæus, de quo Author hæc re-
fert: Admoventur item Regi (Ludovico XIII.) Desplanus,
Marciliacus, aliaque id genus capita, magna pars è fece
vulgi: à publica administratione illum divertendo, si ali-
quando Regem se meminisset: dum Luynæus regni guber-
naculo totus incumberet. Neque quicquam facesset tibi
persuasio, quin tibi hæc viliora capita ultro summam re-
rum committent, ad omnia obsequiosi futuri servitia. In p. 213.
omnibus autem promovendis cave, ne aliquis ex virtute &
meritis promoteatur potius, quam gratia: ita persuadeas
unicè, ne ultro quisquam vocetur, sed omnes supplicatio-
ne oblata petant officia: hos demum ex tua gratia promo-
to esse persuadeas, unde apud omnes dictatoriam autoris-
tatem quam dixi, perfacile obtinebis. Si collegam præter
spem habecas doctum, versutum, qui tuum ingenium no-
scat, contra naturam te plenè alium simules, videasque
quibus artibus tibi unum ex illis adjungas arctissimæ amici-
tiæ vinculo (ne tamen illi ex arcans tuæ Politicæ quicquam
credas, quin commodis ejus parcè faveas, maximam au-
tem verbis prolixis simules amicitiam) qui tibi in speciem
adversans, quod nolle videaris, promoteat; clam tamen
omnes observa, ne tertius tui gratiâ quicquam esse factum
suspicari possit: si que utilitati tuæ magni momenti quid al-

Zonar.
in eius
vita.T. IV.
hist. Aug
p. 773.Zonar.
in eius
vita.T. IV.
hist. Aug
p. 813.Gramod.
H.G.l.3.

p. 213.

laturum esse credis; ille, qui causa promovenda maxime aduersatur, Patronus tuo consilio eligatur, & munere oblatu commoveatur in alium affectu: supplicatio illi (quod tutius quam Secretario vel alteri) tradatur; qui primus cum sententiam quamvis contrariam dixit, tu eam tamen laudes, approbes, attamen aliam rationem afferas, ut si non in totum, in partem tamen aliquam petitum impetrare possis. Si tamen manifesta rei iniquitas nihil admittit, ignorantiam rei factique prætendens supplicantis impudentiam publice ita exagites, ut inimicissimum putent omnes, cui tu maximè per affectum consultum cupias, privatumque in aliam partem officium illi pollicearis non modò, verum etiam media incas quæ illi offeras. Addo & hoc consilii (quod te suspicione & odio apud plerosque eximet) si sententia tuo patrocinio contraria fertur, cui te interesse necesse est, ejus publicationi non adsis, neque subscribas, ut vel ignorantiam prætendere, vel alio modo te excusare possis. Idem etiam agas in causis tuorum adversiorum, quos impeditum iri, nec eos offendere vis: offendendus verò tibi in faciem nullus, neque enim injuria è vestigio vindicanda, sed occulto intervallo temporis injecto ne animus inimicus tibi periculum raliquod creet: exemplo Ti-

Tac. ann. berii Cæsaris, qui in præsens civiliter injuriam habuit, sed
4. 21. 2. in animo revolente iras, etiamsi impetus offensionis lan-
Jo. de guerat, memoria valebat: Et Caroli IX. Regis Galliarum,
Buff. hist qui, quanquam natura iracundior erat, tamen dominandi
Fr. l. 20. studio, ac simul vindicandi injurias æstu, earum sensum ab-
P. 104. strudebat penitus; tanta in potestate os & linguam habens,
ut nec ulia voce, nec colore vultus leve mentis signum pro-
duxerit, itaque abitus tibi fingendus, iter per aliquot dies
negotio tractando prætexendum; nullis rescriptis per ali-
quot

quot dies (ne sentiant Aulici qui tibi forte insidias struunt) subscribendum: in publicis quoque negotiis si quid occurrit deliberandum, quod tuis nociturum sit commōdis, vel quibus alios offendas, morbus simulatus absentiam excusat; ut aliquot dies vel septimanās ab omnibus vacuus meditari possis consilia secretiora, quibus arcanorum consciis in aliam partem præstò esse, causamque ad nutum tuum rectius flectere possis. Sique Authoritatem Dictatoriam de Collegiis impetrare non queas, quò tuis subscriptibant votis & consiliis, alia tibi & prima incunda est via, ut Gratiam Principis quoquo modo præ aliis ambias & occupes, ut si illi nolint, plus tibi Princeps largiatur. Hoc consilium amplexus est Theodorus Styppiota; is fortuna comite eò promovebatur, ut Imperator Manuel Comnenus res omnes ex illius arbitratu administraret: homo profundi consilii, cordatus, suavibus moribus, & volucri præditus ingenio. Quæ Imperator jubebat, exequebatur: ille verò ea jubebat, quæ hic volebat. Persuadeas tamen Principi, ne omnibus causis expediendis sit præsens: pugnare id cum auctoritate ejusdem: exemplo Romuli apud Halicarnassum & alios: qui omnino præcipiunt, Principe Magistratui suo ad id constituto jurisdictionem & expeditionem committere debere: Quod pessime observavit Alexius Comnenus Imperator Constantinopolitanus: Is enim certis diebus publicè pro tribunali sedebat, licebatque omnibus ei porrigere libellos supplices: quos ante se depositos à Notariis legi, & cuiusque petitionem indicari, statimque responsa scribi, eaque confirmata supplicantibus restitui jubebat. Apage hanc consuetudinem Imperatoris Majestatis culmen haud decentem! inde enim tibi exultaret periculum, ne forte Princeps ex crebris ejusmodi auscultationibus astutias &

Nicetas
in vit. ei.
ius. T.V.
hif. Aug
p. 534.

Lib. 2.

Zonar.
in eius
vita, T.
IV. hif.
Aug. p.
896.

mores tuos animadverat, aliorumque candorem experiat, & tibi præcludatur via ad beneficium tuum omnia referendi, & animum Principis ad sententiam tuam flestendi: quomodo verò gratia Principis auncupanda, dicam: si privatas causas & Politico vero haud nocitura commoda expédiero.

Dixi Politicorum Auctoritatem & Gratiam sine divisionibus esse fluxantem ac instabilem, propterea quod aliorum indigentes ope, auctoritatem suam prostituere cogantur: id coquere nihil nisi specmodi agendum, suscipiendumque esse, nullosque promovendos facile, nisi qui commoda tua suā operā promovere possint. Proinde curandum maximè, ut opes acquiras & corradas maximas, quicquid etiam alii contra garriunt (nisi tibi sint ex patrimonio de quibus hic non loquor:) non verò ex stipendio quod numeratur, id fieri potest: neque ἀνθρώποι φαγία s. amor muneris tutus, quem animalium sordidum indicans, odium & contemptum parit: neque munificentia Principis eō usque semper se extendit, ut paupertatis subsidium haberi possit. Nam non omnes liberalitatem Principum sentiunt, ut quondam Wilhelmus Stanleius Regis Henrici VII. in Anglia Camerarius munificentiam Regiam expertus est: is Regio favore tantis honорibus & opibus auctus fuerat, ut annuatim redditus ejus ad tria millia librarum, s. 9000. Ducatorum & amplius ascenderint: cumque post factam, cum aliis quibuscum Anglis Proceribus in Regem coniurationem, capite plectentur & bona fisco Regio applicarentur inveniebantur in castello suo de Holt, quadraginta millia mercarum s. 80000. Ducatorum & amplius in pecuniis signatis, & yasa aurea & argentea; præter jocalia, supellectilem lautam; pecorum greges & armenta, & alia bona mobilia ingenti copia; Seu

ut

Franc.

Bacon.

Histor.

Henric.

VII. A.

R.p.226.

ut in nostro seculo Princeps Eggenbergius : is quippe ex simplici Nobili Styriæ, fortunâ & clementia Imperatoriâ. (Ferdinandi II. Casatis) duce, eò pervenit, ut 150000. aureos in duobus Silesiæ Ducatibus coemptis annuo in cen-
su sibi acquisiverit, & Principis titulo donatus fuetit : Vel ut Comes Schvarzenbergius, Supremus Aulae Leopoldi Wilhelmi Archiducis (Ferdinandi III. Imperat. Fratris) Austræ, &c. Praefectus ; qui munificentia Archiducali su- per 120000. aureorum in bonis & thesauris pecunia nume- ratæ acquisivisse fertur, imò post obitum præfati Archidu- cis (qui incidit in Novemb. an. 1662.) per testamentum nactus est, 250000. aureorum cum omni argenteâ supelle- etili, & mobilibus aliis ingentis pretii. Itaque ut principio in opia sublevamen afferant supplicantium munera, ea que acceptes, hac cautione opus est : ut videaris à muneribus alienissimus, (habeas alios, qui possint, quæ & qualia velis munera, illis obliquè suggerere) ut uon tibi, sed vel ministris vel uxori afferant munera, teque nil minus agere, quam ut ejusmodi munera acceptes, persuadeant : quibus inscius quasi omnem promotionem præstes, ut alii hac promptitudine convicti ad majora præstanta allicantur. Si tamen negotiorum honestum alias difficultates non habeat, ut pos- sis tutò sumere, ne recusès cum effectum fuerit, verum tuis demändes, ut digno munere laborem compensent : itaque ab omnibus non sumendum, qui vel cum dispendio fortunatum de necessariis vitæ subsidiis detrahunt, vel causam manifeste injustam promotam cupiunt: Hinc sapienter fra- trem suum, Flaminium Platum Cardinalem, Hieronymius Chokier. Platus Lojolita monuisse legitur, ut continentia semper Thes. Po studeret, mariusque ab accipiendo intactas servaret. Non lit. Aph. quidem, quod omnia, inquit, respuenda : id enim nimis p. 1. l. 3.

N 3

Hieron, Plat, lib. de Cardin dignit. & off. c. 12.

fortasse c. 19. ex

fortasse durum videretur : sed cum appareret eò dona tendere, ut animum deliniant, eoque inclinent quò non decet; tum verò constantissimè repudianda ; etiam si auri montes offerantur. Hæc ille. Cave autem acceptes exigua , vel as-
suefacias homines, ut parva afferant, (præter esculentia,

Lisfolent quæ acceptare liberè potes vel Imperatoris auctoritate) 6. §. Le- quæ quò cœbriora sunt, tamen parùm augendis opibus pro- gatos ff. futura ; ita suspicionem dæwopayias augent : sed ita mode- de offic. randa ut magna sint, utque si ab uno munera sumas, apud Procon. alios vitium præfatae dæwopayias non incurras : Et denique ful. & ita sient, ut pecuniam pariant exemplo Cardinalis Franci-

Legat. sci Adriani Cevæ; cui rarò munera grata , nisi divendi & **Vid. tr.** nummi inde comparari queant. Adut culina tua variis ci-

German. borum generibus sit referta, venatores in primis recommen-
Wag. datos habe. Quum enim plerique Principes nulla re magis schal der delectantur quam venatione , adeò , ut nonnulli quotidiè

Röni. ad reprehensionem usque & cum periculo venatui invigi-
Cardin. lent sylvasque fatigent, adeoq; nihil aliud somnient, quàm p. 263. venationem : indeque si non in omnibus , saltem in pleris-

Andr. que venatoribus satisfaciunt: ut ergò tu quoque fructum **Gail. Pr.** ab ijs sentire possis , fac unicâ tuâ ope , tuo consilio apud **Obs. l. 2.** Principem uti cogantur : tunc pro gratitudinis arrhâ variis **obser.** delicatissimis esculentis carnium ferinarum , & quibuscun-
67. n. 3. que aliis animalibus , quæ montes , sylvæ , campique / pro

& 4. quolibet anni tempore) nutriunt, illos te honoraturos esse
re ipsa perspicies. A Principis munificentia petere divitias

tux conditioni sufficentes, præterquam quod dubium,
(ut paulo ante dixi) etiam summæ imprudentia est, bene-
ficio accepto naturaliter ita obligari, ut te perpetuis servi-
tiis obstringere cogaris , unde tibi omnis rima emergendi
præcluditur: verùm ita agendum , ut aliis mediis divitiaz-
rum

rum thesauris conquisitis, Principi potius flagitante necessitate
 (de qua postea) succurrere possis unde commoveatur; ut gratitudinis potius quam beneficij loco duplo majora offerat munera; vel nisi hoc subsit, persuasum habeat Princeps per alios te commendantes, magno te beneficio affecisse, vel affectum esse Principem & Patriam, tuaque ope & consilio carere non posse, ut ultro tibi non exigent & petenti maximum offerat beneficium. Hoc optimè observavit Regis Ludovici XIII, in Gallia Primarius Minister Cardinalis Richelius, qui deficienibus nummis in ærario Regio, aliquibus de suis thesauris suo Regi ingentibus summis subvenit; præsertim in memorabili illa obsidione Rupella; unde hoc consequutus, ut Regia munificentia pluribus deinde beneficis opibusque accumularetur. Qui vero videlicet ad altissima adspicit, simulare debet, neque se minuta, stoire dñi neque alia munera oblata curare, quod magni animi inditum Ministerium ad majora incitat Principem, it ut Politicus ejusmodi re duCar laudem suam sartam rectam conservet. Ad priorem itaque dinal de modum ditescendi ut intentus sis, in eo loco, quo degis, vi. Ricbeli. decas, qui sunt potiores modi ditescendi: (novum enim modo. T. 1. p. 562: dum in hac hominum fraudulentia & astutia ut invenias & T. 2. mus, impossibile ferè est.) Ex ijs unum alterum vē feligas, p. 226. neque assimes, an ex dignitate sit tui muneris, dummodo certa spes lucri subsit. Cum non puduerit Imperatorem Vespasianum gratum odorem lucri ex re quālibet & vel urinā vita Vespasianū percipere, neque vituperio ipsi ducatur; quid Homini Politico vitio detur, si quoquo modo necessaria sibi acquirat? Reusn. in judicent alij de fæce vulgi, quidquid velint; non cura: imm. symb. in tare hac parte Cajum Caligulam Cæsarem, quem cum se per. cl. 1. dentem Jovis ornatus in solio eminentissimo Gallus quidam symb. 10. irrideteret, illeque re animadversa ad se vocaret hominem; Dion. in roga rit. C. Galig.

yogaretque quid sibi videretur; ac is responderet, hanc magna dementiam videri; nullo damno eum affecit, quod sutor esset. Ut tamen odium aliorum (in maxime jucundis & prosperis rebus) declines, cum alijs societatem clam primò incas, vel pecuniam, ut suo nomine ex negotiatione tibi acquirant, suppedites; ut autem fidem tibi praestent, partim metus, partim remunerationis & promotionis spes commoveat; neque tibi de damno & rerum tuarum jactura metuas, sed pecuniam illis hoc pacto credas; ut si quid lucentur, dimidium lucri tibi reddant; id quod pauci, qui aliunde commodum sperant, detrectabunt. Sique sunt alij modi acquirendi, eos non negligas, etiam sordidissimos, quos tamen per alios expediatis. Ut verò certus esse possis, num institores tui fidem tibi praestiterint in administranda bonorum opera, exploratores habeas famelicos quos mensa tuae particeps facias, qui civitatem omnem perreptent, omnia exquirant, explorent, quae in rem sunt tuam. Neque hoc negligendum, ut multas cauponas, multa prædia, eaque fertilissima & commodis tuis augendis aptissima eas: sique præmium aliquod tibi contigerit, quibusunque artibus vicinorum etiam ambias: quod si bonis conditionibus impetrare non possis, astu aggrediaris: ut inter vicinos odij semina spargas, ex quibus persequitionis surculi in flores litis aperta abituri (te clam irrigante) producantur: cuius tamen causæ compositionem ex jure vicinitatis simulans de die in diem negotium protrahas, donec pertensus molestiarum per tuos ipsi monstratarum aliam querat conditionem, ut tibi offerat bona sua emenda: tu autem cave acceptes illico, quin aliquandiu recuses, donec precibus alio instigante, & meliorem conditionem offerente, te commodum potius illi beneficium obtulisse alii putent, quam

quām suspicēntur te auctore hoc factū ēsse. Est tamen & alia ratio, si alicujus vicini inhies fundis, ut Domino ex eodem affectu vicinitatis (cave alia causa vel minimo subsentiatur īdicio) ad officium aliquod promotionem offeras, cuius omnes sunt cupidissimi, & honoris causa, & quod ex alterius agro sc̄mper sibi uberiores fructus sperent, interea per tuos aliud quasi agentes aliamque utilitatem monstrantes animū illorum pericliteris ut tibi bona vendant melioribus conditionibus, quām sperare possint ex prædiis suis: hac spē non ēst dubium, quin vota tua anticipent, & tibi ultrō bona sua offerant, quæ non tu, sed alii emant pecunia tua: ut autem omnia quæ in rem tuam faciunt excūtias, si que sint bona controversa, vide ut si lite sit experiundum, eūm promoteas, qui vel paupertate coactus, vel spē victoriæ rogatus ultrō in commodum tuum litiget, & bonorum compos fiat, si que lites non sunt, tu eas quas facile poteris, excites. Tandem & hic non rarō observatur modus, ut per permutationem non pauca prædia acquirantur, quod tamen nisi Principis fundi in tua sint manu, non ita crebrō feliciter cedit. Dantur etiam adhuc alii modi divitias acquirendi, è quibus potiores jam tibi aperiā, ut, si non omnibus ijs commode uti possis, tamen quidam fructum speratum ferant. Primus modus consistit in eo, ut ab aliis Principibus pensionem accipias annuam, occultè quidem, quam sine uilla perfidiæ labe justissimo titulo accipere potes, modo diligenter attendendo, an istiusmodi Princeps, cuius tu pensionarius existere vis, sit vel clancularius vel apertus tui Principis hostis, vel non: priori casu plane non decet nec licet; in secundo maxima cautione optis, si quidem istiusmodi pensio tibi ideò solveretur, ut exploratoris instar emnia tui Principis consilia & molitiones expisceretis ac p-

tēfaceres; quo tamen magna fama & existimationis pē-
 riculum tibi crearetur; hoc autem omnibus modis præca-
 vid. Cho. vendum: Agesilaum potius haec in parte sectare; qui tantum
 kier. Th. abest, ut maxima munera (multo minus pensionem) à ma-
 Pol. A. ximis missa Principibus acciperet; quin literas ad se ab eis,
 phor. I. 2. & nominatim Persarum Rege, missas resignare noluerit;
 c. 19. dicens: si Rex Lacedæmoniis amicus sit, frustra sibi priva-
 tim scribi, cum ei quoque amicus sit: sin inimicus, ne litte-
 ræ quidem vel quidlibet aliud eum à fide abducerent, quam
 Laçedæmoniis deberet. Posteriori casu, ac si ejusmodi Prin-
 ceps cum Principe tuo colit amicitiam, tunc optimo jure
 annum ab eo accipere potes stipendium, aliaque munera;
 nihil inde infamia pētime scendum. Secundus modus le-
 gitimè ditescendi in hoc versatur casu. Quam sæpissimè
 evenit in Aulis Principum, ut, si Princeps fratres habet vel
 agnatos (in primis ubi jus Primogeniturae viget) quibus A-
 pannagium certum quotannis solvendum, nec tamen pro-
 pter summam convenire possint: illi studeant primarios
 Consiliarios & viros maximæ apud Principem auctoritatis
 muneribus sibi devinctos reddere, quo annui eorum pro-
 ventus horum ope & consilio augeantur; & talia dona non
 ne quis tutissimâ conscientiâ accipere, siquidem simulando
 (simulatio iterum iterumque nostro Politico inculcanda)
 te omnibus viribus illorum petitum promovere tamen
 Principi tuo clām consilia suggeras ut licet non tota, tamen
 pro magna parte impediatur. Apannagii austio: hoc modo
 Principis clementiam non perdes, & ejus fratribus vel agna-
 torum gratiam conservabis, qui semper studium tuum pro-
 movendæ utilitatis laudatur, omni te Principali favore,
 (quasi perpetuo tibi devincti) prosequentur. Tertius mo-
 dus augendi opes hic est; si Principi tuo te subdelegati vel

Com;

Commissarii munere fungi placet, cum aliis, vel superioribus vel paribus vel inferioribus : negotia componenda, in primis quæ thesaurum tuum augere possint, quam maximè prospicias ; simulando speciosissimis verbis, erga ultramque partem te utriusque commodis quam diligentissime studere, cum tamen nihil minus quam hoc agas, sed jus & æquum perpetuo tibi ante oculos versetur : tunc ab unaquaque parte tibi dona afferentur, præmia laborum tuorum : Ac si fortè negotium non esse sortiturum exitum præ spicis ad partium satisfactionem, cave tu sententiam latam ipse aperias sed si commode fieri potest, alium Sparta hac ornata, uthonestam te excusandi erga partes habeas rationem, easque nihilominus tibi obstrictas serves. Quartus modus acquirendi pecunias est ; si ingruente necessitate, aut alio quovis desumpto (sæpius & inani) prætextu, Princeps de statibus suis Provincialibus (vulgo Landstände) charitativum petit (vel imperat hodierno mōre) subsidium, ingentem pecuniaæ summam attingens : tum solent isti status cum præcipuis Principis Ministris crebrius tractare, eosque rogare, ut persuadeant Principi dimidiā vel tertiam partem petiti subsidii accipere. Si tibi, ô Politice mi ! à Principe tuo talis Sparta demandatur, omnibus modis iis ostende impossibile plane esse, ut unicus teruncius abi missa summa remitti queat ; variis adductis in hanc rem argumentis, & conquisitis veri coloribus ; te quidem apud Principem boni viri instar, non quarentis depauperationem Statuum aut ruinam subditorum omnibus viribus laborare velle, ut ipsis satisfiat : interim te nihil certi spondere posse. Tunc deum variis te honorabunt donis, vasibus argenteis, gemmis, annulis aliisque pretiosis, imo & numerata pecunia ; quæ omnia accipias bonam spem faciens,

fore ut voti compotes fiant; s'interim tamen Secretis consiliis Principis animum ita captes, ut nihil remittatur: si autem ipse vides postulati subsidii solvendi, impossibilitatem, per alios tuos & allabores, ut certam pecunia summam tibi donent, te deinde apud Principem sic negotia dispositurum, ut effectu sentiant tuum auxilium. Hoc consilium illi non detrectabunt, sed unâ die horaque tantam nummorum quantitatem pro honorario, datus tibi experieris, quam vix toto anno lucri fecisses, qua justissimo titulo accepta, Author sis Principi 4.5. vel 6: partem petitæ contributionis remittere, quo impenetrato, juramento Principis satisfecisti, Statu tibi obligatissimos reddidisti, & commodum tuum privatum non neglexisti. Novi Ministrum Potentissimi cuiusdam in Germania Principis, cui à Statibus Provincialibus 1000. Imperiales dono dati, quia Principi suo suasor extiterat, ut dimidia ferè parte ingentis summæ postulata se contentaret. Quintus ditescendi modus est, ut ambias varias ad alios Principes legationes: sapient enim tales legati variis munib'bus honorantur, aureis torquibus vel aliis pretiosis, immo etiam creberimè magnâ nummorum copia; (omni quippe ope nostro Politico est laborandum, ne ullam occasionem augendarum suarum facultatum elabi sinat) duplcem inde senties fructum, auctoritatem tibi conciliando & opes tuas augendo. Omnia quidem dona accipias: hac tamen iterum cautione: si Princeps ad quem tu ablegaris, vivat in hostilitate apertâ vel clandestinâ cum tuo Principe, ne obulum quidem doni loco ab eo

Ian de Serres sumas, exemplo Mareschallii & Duci Bironii in Gallia: cum enim Dux Sabaudie, Carolus Emanuel, apud Henri. Inven- cum IV. Regem Galliarum; ob controversam inter eos- taire Ge- Principatus Salucciensis possessionem, aliquamdiu substi- neral de tisset,

l'histoire de France, T. 3, p. 520.

tisset, ac variis exquisitissimis donis Regis primarios Ministrum honorasset, & præfato Mareschallo liberalitatem suam per aliquot equorum generosorum præsentationem etiam ostendere vellet, respondit, is; se non consuetum esse dona ab ijs accipere, q̄tibus non benè conveniat cum Rege suo. Si verò Princeps cum tuo Principe colit amicitiam, munera ne deneges: ut enim prius perfidiæ labem aspergit; ita posterius æstimationis famam conciliat. Ostendam tibi & sextum modum, qui in hodierna praxi nimis notus. Si tibi in tali regione, ubi vinearum plantatio in usu est, morari contingit, tunc vide, ut q̄iam selectissimis vinis vel ex fundo proprio vel aliunde coemptis cellam tuam vinariam repleas; & à Principe libertatem nanciscaris, quā omnes territorii sui caupones vina tua emere coacti, duplex pretium pro eis solvant, atque hoc lucrum nec Principi nec subditis, nec cauponibus datum importat; non illi: quia vestigal vinarium (s. das Ungest) augetur; non istis; licet enim amphoram vini cariusemant quam alibi, non tamen inde de pauperantur: non his: possunt quippe vina magno pretio comparata majori dividere. Atque hāc viā quam commodissimē thesaurum divitiarum auges. Idem & cum variis generis frumentis practicari potest: imò quam studiosissimē vigila, si in Aula Principis tui evenerit, ut vel propter prodigalitatem, vel alio aliquo malo frumenta vinaque deficere incipient, neque statim nummi ad alia compara randa corradī queant, tu maximis frugum accervis cumulatis, & cellā vineorum maximā copiā repletā præstō sis & dupli pretio ista Principi vendas, ac solutionem dein vel ab ordinariis vel extraordinariis Principis proventibus sumas; sic magni ille æstimabit tuam in hac necessitate opem ostensam, tuaque pecuniae (quō tibi unicē annitendum) sine ul-

Io Principis damno augentur. Septimus ditescendi modus
est : habent plerique Principes pessimam consuetudinem,
ut salario annua Ministris promissa s̄apie non solvant, imò
per duos , tres , pluresve annos , ne teruncium quidem por-
rigi current ; hinc sit ut qui servitio se abdicare conantur vel
sponte vel coactus , raro totam debitam accipiat summam ,
sed cum certo quodam Ministro pro tertia quartave (imò
dimidiā) partē exsolvenda tractet . Hoc casu , ô Politice !
maximè invigila , & pecuniam tuam offer , ut postea totā
tibi summā cum tempore redditā (quam quidem tu ipse su-
mas , si præsertim Primarii Ministri locum tenens cum Prin-
cipis præventibus liberè disponere possis) illam maximā u-
surā thecæ includas : Principi tuo nullum inde damnum o-
riat : debet is quippe solvere quæ promisit ; si ve tu accipias
sive alius , non importat . Imò eò omnibus viribus conten-
de , ut omnia quæcunque salario annua unico te promo-
vente , ac ex tuis manib⁹ omnibus ceteris Principis tui Mi-
nistris solvantur : nullus etenim tantæ impudentiæ inter il-
los erit , ut non pro quantitate salarij te munerare cupiat .
Atque hic est unus è modis præscriptis qui hodie in Aulis
Principum maximè increbuit . Insta & sequere . Unicum
adhuc modum addo , vide sis , ut omnes supplicationes tam
Statuum , Nobilium & Subditorum tui Principis , quam ex-
teriorum (quibus negotia in Aula tua sunt) jaī offerendæ
ei , deindeque expediendæ , tibi soli & unicè tradantur : sic
enim efficies , ut illi te solo intercessore coacti uti , semper
que tuam conservare studentes benevolentiam , donis la-
borum tuum recompensatur sint . Et hic quoque modus
augendarum facultatum altissimas in Aulis Principum ra-
dices egit . Fac tu idem & dives eris . Sicque indicavi mi
Politice crebriores nostri seculi cumulandarum divitiarum
modos :

modos: quos omnes invenit insatiata nūnnī cōparandū
cūpido. Si quando ita innotuit; te hisce modis (si non o-
mnibus , potioribus tamen) acquirēndi feliciter uti, vix ab-
stinebunt alij; prout sunt hōmīnes dīvitiārum cūpidi, qui ut
te artesque imitentur tuas; sī sint tuā conditionis hōmīnes.
Nobiles non impediās; sed omnibus juriūbus promoveas, ut
hacratione invidiam parium declinans, odia inferiorum
non magni facere cogaris: imò quahtum fieri potest Prin-
cipi tuo persuadeas, ex prædictis negotiationib⁹ mūltum
augmenti proventib⁹ suis adjectum iri (quoðque hōc pos-
sit jure, exemplo Principum in Italia & Electoris Bavariæ
in Germania facere) quamvis scias, cum operā plurimō-
rum Ministrorum & rarō fideliū utatur, eum damnum
sensurum, & cum pernicie subditorum, quibus & negoti-
ationes debentur, frustra lucrum quæsitusum. Nostro ce-
nīm Politico nihil debet esse injūtum: quod ei fructuosum.
Exemplo esse potest Braxatio cerevisie (ita coquere cerevi-
siā dicunt in districtib⁹, quæ cum maxima civium jactu-
rā, nullo commōdo principum, magno quorundam Capit-
taneorum seu Præfectorum emblumento exercetur; quæ
Politicus non magni aestimare debet, dummodo catiponam
exercere & dīvitias corrādere possit maximas: neque enim
lex Thebaīs lata quidquam ad nos; eum; qui 10. annis
commercijs non abstinuissest, non admovendum ad gubernationem.
Hæ tempora alios mōres postulant, tuque, ô
Politice! interea omnia humanitatis officia omnibus offe-
ras, quamvis non semper præstes: illis autem præstes, qui
tuis serviunt commōdis modo prædicto. Si fortunā acce-
dente ditescas, ut fortunarum tuarum splendor enitescat,
fieri non potest, quin invideant illi, qui æmulari dīvitias
non valcant, (nam invidia fere semper meliorem fortu-

nam

nam sequitur) ac sinistre loquantur, quibus detrahitur ali-
quid in negotiationibus, & impeditum eant quoquo mo-
do, qui se jure suo læsos arbitrantur, inque his omnibus ob-
trectationibus & calumnijs (ut sit in hac hominum malitia
ut expers non sis) tu quidem simula magnanimitatem, & a-
nimum Heroicum, observaque monitum datum Hadria-
no VI. Pontifici Romano, qui cum gravissimè ferret, se fa-
mosis carminibus apud Pasquillum Statuam lacerari, post-

Ex Iov. ea id civili animo tulit, edoctus à Ludovico Suessario, cam
Arn. Clap maledicendi licentiam obscurorum hominum libertati at-
mar. de que nequitia dari, ut cum insignes viros impunè carpserint,

Arcan. fortunam suam ea vindictæ cupiditate consolentur. Ve-

Rerump. rùm semper habeas dictos exploratores, eosque homines

l. 6. c. 11. levis armaturæ, quos exploratum mitras, quid de te senti-
ant, quidve moliantur, ut, quid tibi agendum, quomodo
calumniis & machinationibus resistendum, scias, homines
inquam leves, ut si quid habeas quod sparsum velis, securi-
us per illos possis, dum apud plerosque fidem merentur nul-
lam, si que per illos quicquam ad te perlatum est, levibus
hominibus te fidem non dare plerique existimare possint:
itaque liberius, quid te scire velint, loquentur, id quod li-
quidò objiciendum alijs, tu quidem prætendas te non com-
moveri calumniis, velle tamen indicatum, ut sciant te non
ignorare quidquid de te sentiant, monere tamen ut ab illis
calumnijs abstineant. Neque enim tutum Politico, ut o-
mnia ad vivum resecet & urgeat, sed & falsa perpetiatur
potius, quam ut ulciscendo falsa in veris periculum sibi cre-
et, observetque illud Comici leniter qui saeviunt, sapient

Suet. in magis; Prudentissimè Augustus Imperator Tiberio scripsit:

Aug. c. 51. Ætati tuaæ, mi Tiberi, noli hac in re indulgere, & nimium
indignari, quemquam esse, qui de me male loquatur, satis
est si hoc habemus, ne quis nobis malefacere possit. Si

Si quis Politicorum hoc modo ad maximas pervenerit divitias, ut aliorum experiatur invidiam, nonnullorum odium, apud plerosque tamen in maxima est authoritate & gratia, non pauci ambiunt ejus amicitiam & affinitatem, quod in defuncto Cardinali Julio Mazarino primario Ludovici XIV. Regis Gallorum Ministro videre est, qui Mercatoris Siculi Petri Mazarini filius fortunæ favore non tantum Ecclesiasticæ dignitatis proximum à supremo gradum sibi acquisivit, verum & Gallorum Regis servitia aggressus tam sibi auctoritatem conciliavit, ut Principes & alii Magnates quoque ejus affinitatem quæsierint: hinc Princeps Regii sanguinis Armandus Contius Annam Mariam Martinozziam: Thomæ Ducis Sabaudiae filius Eugenius Mauritius Olympiam Mancini, ac hujus conjugii favore comitatum Suessionensem: Dux Mutinensis Lauram Martinozziam Annæ Mariæ sororem: Mareschalli Mesleray filius (Gallia Procerum ditissimus, utpote qui 150000 libras annuorum proventuum possidere dicitur.) N. Hortensiam, omnes præfati Cardinalis consanguinea's sibi associarunt. Ac dictus Meslerayrs aliquot tonnis auræ per testamentum ab eo hujus matrimonii gratia honoratus fuit, onere tamen hoc addito, ut Arma Gentilitia & Nomen Mazarinum assumere cogeretur. Hinc sit ut talis Consiliarius saepius non careat etiam apud Magnates odio, ut ex Actionibus variis contra Richelium & Mazarinum Cardinales a principibus Aurelianensi & Condœtentatis satis superque edocti sumus: imò aliquando ipsos principes, si præsertim sint tenaciores, & non patientur potentes Ministros suos. Optimè sibi hoc in casu prospexit Seneca, & cum effectu prospexisset si non cum Tyranno ei res fuisset. Is enim cum Tac. ms. F premi 14.52.2.

premisce videret adversariorum apud Neronem vocibus, tanquam ingentes & ultra privatum niodum evectas opes adhuc augeret: quodque studia Civium in se vertet, hor-

Tac. ann. torum quoque amoenitate & villarum Magnificentia quasi

24.53. & principem supergredetur: & quæ alia addebatur: tem-

54. pus sermoni orabat: digna est oratio ut adscribatur pro par-

te Quartus decimus (incipit Seneca) annus est, Cæsar, ex quo spei tuæ admotus sum: Octavus ut Imperium obtinet: me-
dio temporis tantum honorum atque opum in me cùmu-
lasti, ut nihil felicitati meæ desit, nisi moderatio ejus. Ego

quid aliud munificentia adhibere potui quam studia, ut sic
dixerim, in umbra educata? è quibus claritudo venit, quod

juventæ tuæ rudimentis affuisse videor: grande hujus rei
premium: at tu gratiam immensam innumeram pecuniam
circumdedisti, adeo ut plerumque intra meipsum volvam:

Ego Equestri & Provinciali loco ortus proceribus civita-
tis anumeror: inter nobiles & longa decora præferentes
novitas mea enuit: ubi est animus ille modicis contentus?

tales hortos instruit & per hæc suburbana ineedit, & tantis
agrorum spatiis, tam latò fœnore exuberat & una defensio
occurrit, quod imunerib[us] tuis obhiti non debui. Sed uter-

que mensuram implevimus; & tu quantum Princeps tribu-
ere amico posset, & ego quantum amicus à principe acci-
pere. Cætera invidiam augent: quæ quidem, ut omnia

mortalia, infra tuam magnitudinem jacet: sed mihi incum-
bit: mihi subveniendum est: quomodo in militia aut via
fessus ad miniculum orarem: ita in hoc itinere vitæ, senex,

& levissimi quoque curis impar, cum opes meas ultra su-
stinent non possim, præsidium peto. Jube eas per procuratores
tuos administrari, in tuam fortunam recipi. Nec me

in-

in paupertatem ipse detrudam, sed traditis quorum fulgor
re perstringor, quod temporis hortorum aut villarum cu-
ræ se ponitur, in animum revocabo. Hæc philosophus. At
quid sperandum à Principe, apud quem excusatio vitium,
defensio crimen habetur? itaque unâ operâ, quemadmo-
dum paulò ante dixi, principis gratia & præ reliquis singu-
laris clementia summis verbis aucupanda homini politico,
quo minus sibi à persecutoribus & accusatoribus metuat,
& quam dixi apud Collegas dictatoriam autoritatem con-
sequatur, exemplo prædictorum duorum Regiorum in Gal-
lia Ministrorum, Cardinalium Richelij & Mazarini. Id
quod fit, si tu te principis ingenio, moribus, per omnia ac-
commodes, neque id cures, quid ipsi conducat honestum
que sit & ex dignitate, sed quod principi placeat: observe-
turque illud Taciti, ut omnia honesta & inhonestata laudare
mos sit: neque negligas illud Ciceronis, ut in aures eorum
fictè & simulatè quæstus tui causâ insurres. Hisce inquam
te accommodes, ore, gestibus, rebus, sermone, ac actio-
nibus, ut non raro te, si opus, ultra conditionis tuae sortem
submittas. Hoc autem firmissimè ipsis persuad eas omnibus
argumentis & mediis undiquaque conquisitis, imò jureju-
rando, detestationibus extremis sanctissimè affimes, te in
omnibus sanctissimum fore, quod usque adeo facias, ut fir-
missima fidei tua spes à Principe concepta altas radices a-
gat, ut nullæ perfidiae suspicio illis delationibus, accusati-
onibus apud principem unquam locum inveniat aliquem,
quum putet princeps se tutò tibi fidere, credere, in sinum
tuum effundere non solum sua omnia posse, verum & gu-
bernationis partem maximam committere. Hoc autem
vide, præcipue impetres, ut princeps in Ministros inferio-

ties absolutam committat potestatem, recipiendi removen-
dique ad nutum tuum; ita enim in majori crisi auctoritate,
& illorum operâ ad communum tuum tanquam servis pro-
priis uti poteris. Ethicæ practica maxime prodest fortunis
augendis politico: neque te ipsum commendes, vide ut a
liquecum habeas ex veteribus Ministris, qui in aliqua sit gra-
tia, cuni hoc contrahas amicitiam fidelissimam firmissi-
mamque (simulando tamēch) cave autem ipsi te tuaque cre-
das, ut hic te tua virtute potius quam precibus commotus
commendare videatur: huic tu (sed cautè & non nisi obla-
ta occasione) patia facias, ut uterque gratiam occupantes,
alios ab accessu & secretioribus consiliis si non arcere, sal-
tem à directione consiliorum & actionum præcludere pos-
sint. Qui catitus est Politicus, non solum principis sed &
principiis & clementiam ambit, ita præcavet, ne dum princ-
ipis expertus clementiam, à Conjugis ira periculum me-
truat; præsertim cum ea & aliquid in administratione regi-
Nicet, in minis participat, uti Uxor Alexii III. cogn. Angeli Imp. O-
eius vi. rient. Euphrosyna, quæ pari autoritatē cum Imperatore
ta. T. VI viro gubernare volebat, neque enim ille duntaxat, quic-
hīst. Aug quid erat libitum, mandabat: sed illa etiam pari authori-
p. 540. tate, quæ visa erant, peragebat, imò aliquando pro sua li-
bidine illius jussis intercedebat. Plerumque enim, ut est
muliebris animus, quum videt virum in dignitate consti-
tutum & divitiis abundantem à Principe amari, si se negli-
git, offenditur maximè; contra: verò si sentiat primarios
Consiliarios, quos præ reliquis fides & prudentia com-
mendant, suam quoque gratiam magni facere, singulari-
affectu acceditur. Et præsertim quo es major, eò te ma-
gis ad servitia quæ vis subeunda, non tantum verbis (quæ
certè

certè mulieres nisi re prætentur, non admodum moventur quām re promptissimum offeras, idque observes unicē, ut quos principissæ ex Ministris odio persequitur, novis semper argumentis libidini, iræ, indulgeas, & operam in persequendis ijs promptissimam pollicearis, maximè si tibi periculum ab iis metuendum. Hanc autem clementiam maximè promovet, si spes aliquam utilitatis & proventuum novorum monstres, id quod Principi etiam placet, ut clementia affectum conjungentes summo amore ejusmodi Politicum amplectantur: si tamen frugi est Politicus & sua rum fortunam non prodigis, ita moderabitur consilia, ut cum utilitate propria sint conjuncta.

Quamvis vulgaris Politica velit, cum qui Principatum alterius in manu habet, nunquam de suis sed Principis consiliis cogitare debeat, ut à Principe remunerationem & beneficiorum collationem expectet; tamen qui nec in mediis nec insimis consistere constituit, ut dubia beneficia expectet ab aliis, quæ ipse in alios conferre possit, longè aliam habet mentem, ut commoda potius; cum Principe dividat (id quod minus habet invidiæ) quam ut novum beneficium cum maliorum calumniis & invidiâ expectet: poterit enim ex omnibus in Ducatu Principis proventibus citra justitiam illius percipere fructus, id quod praxis potius quam præcepta docent: hoc tamen observetur, ut præter proprias negotiations ex Principis redditibus non unam maximam vel notabilem partem detrahas, quod peculatus crimen mereatur: sed ex omnibus exiguum, quod ne nomen quidem habeat, capias. Cum autem multas & varias habeas at proventuum species: ex ijs, quæ tuis rebus & negotiatiis servient, potiores feligas: poteris autem hoc com-

modè facere , si ministrorum singulis rebus præfectorum opera utaris , qui omnes commendatos articulos in suis rebus cum Principis dāmo augendis artificiosè clām novērint , si animadvertant , ex superioribus aliquem , qui illos defendere possit , eisdem esse ingeniī , volupe faciunt , si servitia sua ipsi impertire possint . Videas autem ut à Principe impetres , in aliquibus rebus commodis tuis servientibus , privilegium tolerabili pretio emendi certam summam , cuius prætextus , si in aliis te tuum propositum fallit , maximo commodo tibi tuisque rebus esse poterit . Hæc omnia si probè observes , non poteris non ad maximas divitiās pervenire super sortem tuam , & inde ad honores & dignitates genere & dignitate tua majores , maxime autem pecunia indigens aut inhians evehi .

Proxima hinc & non minor animum veri Politici subcat cura : ut pecuniā suā recte elocet , eaque se contra adversarios tueatur , utilitatemque ex ea non exigua percipiat (idque non usuriorum more , quod vulgatum est , cum exigua usura protrudere pecuniā ; neque enim Politicus tam infensus est suæ pecuniæ , ut ei non bene prospicuum & semper ditior esse cupiat) & potentissimos eadem devinciat : Fit autem potissimum , si vel Principi tuo mutuum dare possis , vel eadem Principe potentiores ambias . Ne verò tua pecunia hostem tibi emas apud Principem , cave ne thesauris collectis plurimi potentior efficiatur Princeps .

Suet. in itaque si videaseum ad magnificētiā & prodigalitatē eius vit. proclivem , ut Nero fuisse fertur , qui divitiarum & pecuniæ non alium fructum putabat quàm profusionem , sordidos

Nicet. in ac deparcos appellabat , quibus ratio impensarum constat eius vit. ret. prælautos vereque magnanimos , qui abuterentur ac T. IV. perde-

bis. Aug p. 525.

perderent. Aut ut Isaaci Angelus Imperator Orientis; qui in vietu erat sumptuosissimus, & de ferculis distribuebat ijs, qui mensē adstabant. Mensam omnino Solōmoniam aut Sybariticam habebat, & nōvis quotidie, ut ille, vestibus utebatur & nec erat ejus convivium aliud, quam collis panum: saltus ferarum; piscium mare; vini oceanus; alternis diebus lavacris se reficiebat; pastillis & unguentis omnis generis delibatus, instar Pavonis superbi se ostendebat; & ut sponsus ē thalamo, autut Sol ab' Oriente, ita ipse ē palatio quotidie prodibat. Gaudebat facetis & molibus cantilenis; morionibus, scurris, histriōibus, pārasitīs, mis̄is, cantoribus palati fore patebant: in primis verò immensis substructionibus delectabatur: si inquam his Imperatoribus similem naētus es Principem; adjūtes cūdēm, ut maximam non tantum pecuniarum vīni suis profundat ministris, tibi pōtius fauentibus: (vide ut citrā dānum tuūm, gratiam majorem quām Princeps, deportes) sed & amplissimos fundos & prādia: illam verò ex his non recuperare poterit: si verò hēc ab alienā verit, redditus minuentur, ut citra oppressionem suorum proventuum sunimām̄ priorem adæquare & inde potentior evadere nequeat: si ad avaritiam eum inclinare senseris: uti huic vitio addictus p̄æaliis fuisse traditur Basilius Porphyro genitus Imperator Constantinopolitanus: erat certè is prodigiosè avarus *elius vi.* & tenax; fertur enim ducenta millia talentūm aurī in the *ta. T. IV* sauris habuisse; nam alterius pecunia nullus iniri numerus *hist. Aug.* potuit: adeò ut conclavibus repletis, eam terræ mandarit, *p. 777-* anfractibus instar labyrinthorum effossis: si ejusdem ingēnii Princeps tuus est, ne sordidus efficiatur, sibi tenax quicquām detrahat, sed ut layte & prodigè vivat, ex proveniūm

tuum amplitudinis pollicitatione persuadeas: inde hoc agas, ut exactioribus nimiis subditi exhauiantur; semper

Ex Glyc. eò quæsito summæ necessitatis prætextu: exemplo Alexii
Besol. Comneni & Nicephori Logothetæ Imperatorum Orienta-
bif. Con- lium, quorum ille cum bellis exhaustus impensarum ege-
stant. p. ret, pecuniaæ coilingendæ rationes ab æquitatis opibus ab-
233. horrentes excogitavit: hinc secutæ possessionum ubivisi-
tarum descriptiones, hinc vulgares illæ appellationes Hy-

P. Diac. pertimorum & Hyperpleorum excogitatæ: quasi supercen-
in vita sa & redundantia dicas; aliàs alii denique vexationum mo-
eius.

T. di subditorum exhauiendorum causa reperiebantur: hic
IV. bif. non destititalia super alia excogitando in jacturam subdi-
Aug. p. torum, quo suæ avaritiæ inserviret. Pauperes militare co-
614. & egit, quibus ditiōres arma subministrabant & tributa:

Cu- super & quæstores instituit, per quos vestigalia augerentur:
spin. hi etiam meliora rerum immobilium à propriis dominis
 abripentes publicabant. Excogitavit præterea quomodo

profuturum quisque tributum penderet, non sine maxima
 animi lœtitia: à qua quidem pensione non Ecclesiarum cul-
 tores, non ptochia & pauperum hospitalia, non geroco-
 mia, ubi senes nutriebantur: non denique monasteria erant

Vid. Be- salva: sed & qui parvum haberent agellum, qui tenuem
sol. de- victum subministrabat cultori, dare cogebantur avarissi-

A Erar. mo Principi vestigal. Si quos autem reperit ab egestate ad
publ. c. 4 divitiias quacunque vel fortunâ vel industria evectos, ab iis
n. 17. veluti reperto thesauro emulgebant quantum potuit: ut non
 plane iniquum fortassis quis æstimare possit factum ejus.

Vid. P. dém Imperatoris: quando cerulario aliquo, decentum li-

Diagon. bris, quas possidebat, nonaginta sustulit, decem tantum ei-
l. cit. relictis: nam quid opus est subdito magnum pecuniaæ cu-
 mulum

mulum possidere? si haberet unde se commodè alere potest,
sat est: abscindendæ rusticis opes irritamenta malorum.
Horum omnium vestigiis, ut Princeps insistat, admonicas:
ne, si maximè primò reddituum augmentum percipiat, tēm-
pore necessitatis cōferrē & debita solvere possint subditū.
Cūm enim Princeps potentior non efficiatur unā atque al-
tera exactione ultra facultates subditorum extorsa, ut Fi-
scus turgescat instar lienis, (quod Trajanus simile dixit) ex
quo reliqua membra tabescunt, & tandem tota Respubl.
intereat: sed si divites sint, ut quando aut necessitas flagita-
verit, aut per intervalla temporum thesaurum ope subdi-
torum augeri libuerit, semper habeant quod dent: unde
Promptitudinem suorum subditorum Princeps semper re-
tinet; (aliter ac egit Romanus Argyropilius Imperator in Zon. in
Oriente, qui obsoleta patrum debita à liberis exegit: inde eius vita
multi paternis ædibus & fundis pellebantur, & pristinis o- T. IV.
pibus spoliati, ad insigne ēgestatem adigebantur) qui ve- hīst. Aug-
rus est modus augenda potentiaz; quem Alexandrum Se- p. 788.
verum Imperatorem non ignorasse legimus; qui cum ex- Vid. Lä-
haustum, & ad maximum inopiam largitionibus redactum prid. in
æratium ab Heliogabalo antecēdore accepisset, minuēdo Alexan-
vestigalia, sola frugalitate opes recuperavit, ut potentissi dro Se-
num Imperium Successori resiquerit. Neque fortunis sub- vero.
ditorum ita faveas, quin pótius eos quoquo modo apud
Principem, spe commodorum promissâ, exactiōibus no-
vorum onerū, censūm impositione exhaustias: praeun-
te tibi Joh. Puzeno, Imperatoris in Oriente Manuelis Com-
neni Quæstore primario: qui erat ad Remp. gerendam cal-
lidissimus, vestigium veterum exactor acerrimus, novo-
rumque inventor solertissimus; accuratus Quæstor, parcus

Nicet. in dispensator, fœnector atque exactor acerbis. Aut, uti
vit. *Man.* Licinium Julii Cæsaris Libertum, quem Augustus dein Gal-
Comn. T. līæ præfeccrat, fecisse ab Historicis accepimus; cum enim
V. Hist. solerent singulis mensibus à Gallis tributa conferri, ipse
Aug. p. quatuordecim menses fecit, ut cumulatius ditesceret. At-

532. cum graviter apud Augustum à Gallis eo nomine accusa-
Dion. retur, ac vita periculosa sibi imminere non dubitaret: ex
qua diu cumulaverat Augusto dedit, quo mortem depre-
caretur: ingeniosum mehercè inventum. Hinc etiam, ô

Besold. Politice hoc commodum sperandum, ut non solum Prin-
de *AEr.* ceps semper tuâ ope, tuâ pecunia, vel tuis egeat consiliis,
Publ. c. nec facile tibi quicquam ab eo periculi metuendum sit; sed
7. n. 3. & tu ipse magnam inde autoritatem tibi paries: in viâ
transcunti nemo non loco cedet: tibi optimates & alii ob-
vii venerationem capite, manibus, pedibusque exhibe-
bunt: & honorificâ officiorum oblatione suam promptitu-
dinem atque inferviendi studium, verbosè pollicebuntur.

Si verò incideris in ejusmodi Principem, qui in suorum sa-
lutem pronus & damno subditorum commodum sibi com-
parare nolit, cui Tiberii Cæsaris Apophthegma in ore: Bo-
ni pastoris esse tondere pecus, non deglubere: hunc artifi-
ciose à cura regendæ Reipubl. & justitiæ administratione,
dein œconomica avoces, ijs actionibus ad quas natura pro-
clivem animadvertis: vel conjugem ambias (cum mulier-
culæ avara potissimum sint, & spe utilitatis maximè, ut di-
xi, moveantur,) illique ut Principem blanditiis persuade-
at, auctor sis. Hæc verò omnia effectui dare facile poteris,
si natus fueris Principem bonum & probum nimis, qui ex
suo ingenio alios judicans, omnia tibi & in perniciem Reip.
pro lubitu suadenti cedet. Verum si ingenio Francisci I.

Gallo:

Gallorum Regis acerbior fuerit, qui suo consilio potius, quam ejusmodi Politicorum salutem suotum procurare velit, ut facile opibus potens efficitur, ita difficile erit Politico, sub eo Principe perpetuam sperare fortunam, ut non ab inclemetia & odio ejusdem evertatur. Aliâ ergo viâ ut perpetuò suis consulat rem, aggrediatur, &c, quod paulo ante dixi, Princes potentiores viva opera pecunia de vinciat, ut si Princeps tibi infensus periculum minetur, alio defensionem & patrocinium queras: apud Reges scilicet vel intercessione tibi patrocinentur, vel data occasione defensionem tui suscipiant. Si verò tam faventem habeas fortunam, ut tu non tantum divitiis maximis potens evadas, (id quod sub probo, & incauto Princeps fieri potest) sed etiam familiæ tue præcipuos ad similes fortunas promovere possis; (cave tamen te potentiores sint, ne, quod tu aliis, ipsi, tibi faciant) ut ita periculum tibi minitantibus te vi opponere, & si usus postulat in seditionibus (quarum aliquando auctor prudens Politicus existit) alios opprimere possis, ut etiam Princes te metuant; quod probè observavit Dux B. Graecæ Gallus Espernonius, qui Henrico III. Regi inter intimos, mons. H. Henrico IV. et si suspectus, inter Regni præcipuos habitus, G. l. 3. p. fortunam ita fayentem & quasi in vinculis habuit, ut non 227. ausus fuerit (præfatus Henricus IV.) subvertere in genti mole colossum, cuius ab immanni casu timebatur strages. Tujor itaque hæc videtur via contra Principis iram & persecutiones defendendi, quâ & aditus ad aliam vitæ monstratur conditionem, quod Medicæam familiam inter Italos fecisse non sine successu legimus & in historiis exempla testantur, quam periculose sit potentes persequi & in exilium agere. Pro multis sufficit apud Romanos exemplum.

Vid. Sal. Catilinæ; qui pulsus Roma civitatem evertisset, nisi inopia
Iust. Bell. vires ejus & libidine in frigissens; cum maximo tamen ur-
Catilin. bis & multorum civium damnatio. *vid. endigo oīmō*

Dixi paulo ante, in eloqua pecunia nec usurarios
 nec foeneratores Politicū imitari debere; id enim præter-
 quam quod vulgatum & odiosum sit, animumque & inge-
 nium sordidum indicet, parum adfert commodi. Itaque
 hoc agas, ut loco usurarum hypothecam fundi fertilissimi
 & variorum commodorum aptissimi cum usufructu tradat
 Princeps, donec sortem tibi reddere possit: præcave autem,
 ne aut citò possit reddere, aut tibi per annos certos exco-
 lendus fundus sine impendio concedatur: video sis tit per mi-
 nistros ejus laci, vel incuria, vel negligenter, vel astititia re-
 ditus minuantur mature, antequam de isto fundo cogi-
 tasse videaris, ut facta inquisitione usuris non adæquati re-
 ditus inveniantur; aut per ministros extenuentur, ut tu plus
 beneficii in Principem tulisse, quam percepisse utilitatibus vir-
 dearis. Non autem verus modus est augendi redditus, & cu-
 sumfructum majorem percipiendi si servitia rusticis majo-
 ra imponas, aut censum augeas, præterquam enim, quod
 tibi offensi reddantur & causam apud Principem conque-
 rendi de te habeant, exhauiuntur subito, ut plane dein
 ceps deficiant: sed hoc agendum, ut amorem conciliem hu-
 manitatem & affabilitatem, quod maximè rusticos moveat, &
 liberales promptosque efficit, ut, quod debitum denega-
 rent coacti spontaneo dein faciant motu. Itaque multa
 prædia intruras, blandis verbis invites primò, quando ser-
 vitia impones, donec assuefacti jure ad labores adigiri pos-
 sint. Deinde proventus rusticorum tu ipse emas, quos ma-
 jori pretio divendere vel per te vel per alium, & inde lu-
 crum maximum percipere possis.

Ulti-

Ultimò non negligenda tibi vitæ domesticæ cura, ne
opes & divitias largiter profundas, nec tamen sordide vi-
vas, quod maxime cum magnanimitate & heróica virtute
(quæ homini politico simulanda sunt) pugnat. Itaque
cum officiariis & ministris adstrictioribus per alios agas, ut
necessaria esculenta mittant tuo nomine viliori pretio em-
pta vel alio modo compárata: tu famen pecuniam nun-
quam restituas, neque illi reperere audent, quin gratulan-
tur sibi, si hisce exiguis gratiam tuam mereri possint; idque
cum plurimi sint, modò ab hoc modò ab alio obtineas:
quod optime observavit supra allegatus Johann. Puzenus:

Nicet. in
vir. Man
Comm. T.
V. Hist.
Aug. p.
533.

qui in re familiarí augendā adeo providus erat, ut esculen-
ta, & pisces maximos ac pinguisimos sibi missos, ter ali-
quando in foro venditos, toties reciperet ab aliis redem-
ptos, qui operā ejus egebant: ita pro piscatoribus erant ei
pisces sorte commutata, quibus magnitudo pro hamo, pin-

Id. in uit
Isaac.
Ang. T.
V. hist.
Aug. p.
524.

guesto pro etica erat: itaque præterentes ad emendos attrahebant. Ac Consiliarius primiarius (nomen non exprimi-
tur) Isaaci Angelij Orientalis Imperatoris, qui adeo merca-
torio ingenio erat, tam inexplibili accipiendi fame flagra-
bat, ut non aurum duntaxat & vestes acciperet, sed & alijs
minuta quoque, usque ad pepones & cetera, esculenta, &
omnis generis pomum. Non negligenda etiam culina, cere-
vissaria, cella vinaria Principis, quæ non magni aestimantur;
unde sine impedio tuo lautè vivere tuisque redditibus
optimè consulere poteris.

Ad modum prædictum meo judicio recte homo politicus (quoad fortunam propriam) sibi consulit. Hoc unum
tamen monendum si tibi sint filii aut filiae, illos maturius iis
artibus formandos tradas, has vel divitiis potentioribus

vel præcipuis familiis cloces, qui utraque fortuna præstò tibi esse, vel tuos promovere possint.


Sicque hoc meum Politicum Compendium finio: Te que ô Politice future! rogo, oro, obtestor, si tibi rectè consilere, & te à periculo præsentissimo immunem reddere volueris, ne tu ulli credas, ulli fidas, ulli quidquam operæ præstes, nisi utilitatem inde percipias: omnia similes dissimilesque, studiosè animum aliorum explores, tuum recandas abstrusissimo etiam loco, aliis ex insidijs potius sis, quām te ipsum perdas: Fidus enim hodiè cum nullus sit, cur tu fidem præstes aliis? cur aliis cum tuo damno gratificeris opellam? cur tu animum alicui credes, qui ab aliis tibi metuas potius, quām fidos opinceris? si in hisce paucis erratum quidquam videatur, ut facile fieri potest, corrigas quæso. Multis certè hæc politica præcepta maximum ad summum honoris dignitatisque fastigium consequendum, & maximas divitias adipiscendas profuere: & idem tibi tuisque contingat, opto. Promisi hæc præcepta politica illi, qui ad altiora adspirare cupit, ut Dominatum mutata Re: publ. adquirere potius, quām aliis servire velit: verū cum hæc scriberem animum mutavi ut animum tuum explorarem: idque feci tui causâ, ut videres certissima hæc fuisse aliorum exemplo, quæ tuo experieris periculo. Hisce vale iterumque vale, & mihi fave, tuis fortunis studio, fissimo.


Hæc quicunque legis, ne decipiaris Amice;

Sunt mala mixta bonis, & bona mixta malis.

Florilegas caute quoquo sequaris apes.

F I N I S.





215936

